Ie



STATUTUM

CIVITATIS HYSPELLI

STATUTUM

CIVITATIS HYSPELLI

Duabus Insimul Sumptum ex Tabulis
et Exemplatum.
Breviter de Exeratis Purgatum
Extensis Munitum.
Alphabetico Indice Generali
Privisque Indicibus
Excultum.

PRÆFECTO

JOACHIMO SALMAREGGI

Moderante

Editum

Anno Domini

CIƆIƆCCCXLIII

In Dei Nomine - Amen - Ad Honorem et Reverentiam Omnipotentis Dei, Beatissimæ Mariæ semper Virginis Matris ejus, et Beatorum Sanctorum Martyrum Severini, Laurentii, et Ruffini, et ad Honorem, et Venerationem Sanctæ Matris Ecclesiæ, nec non Summi Pontificis, et Domini nostri Innocentii Papæ VI. Suorumque Fratruum Cardinalium, et ad pacem et bonam tranquillitatem, et quietem Communis, Populi et Hominum Terræ Hispelli, exterminium, mortem, et consumationem omnium inimicorum suorum.

Hoc est Statutum Populi et Communitatis, et Hominum Terræ Hispelli factum et compositum tempore Potestariæ Nobilis et Potentis Viri Pucciatti Tenti de Rosciano honoris, potestatis Terræ Hispelli per providos et discretos Viros

Vagnolum Joli Petrum Bartoli Torriboli Ciccolum Putij Raynaldi Petrutium Cola Magnum Petrum Berardi Maxium Passarelli et Andream Pauli	Ter: Pusterulæ
Mattiolum Noli Severinum Petri Vañe Lilli Fascioli Ciccarellum Mittarelli Franciscum Magni Andreæ Bernardinum Niccolutij Vañe Merli Sanctor Andrutij Tirapichi et Perillum Fantinj	Ter Mezotæ
Guidum Petrutji Mattiolum Pioli Vañe Guidi Colam Vañis Lalli Pucciattum Guerrieri Vañe Creulani Vañe Scarapori et Vañe Massilli	Ter: Portæ Clausæ
Ciccolum Martini Vagnolum Maccarelli Vagnutium Petri et Mattiolum Pioli	Priores dictæ Terræ Hispelli

Statutarios, reformatores positos et electos per consilium

lium generale dictæ Communitatis, et scriptum et publicatum per me Franciscum Magni Andreæ de Hispello publicæ auctoritatis Notarium ad dictum Statutum scribendum per ipsos Statutarios, Reformatores deputatum sub annis a Nativitate Domini 1360, Indictione decimatertia tempore Dominij Innocentij Papæ quinti

Cap: I Liber Primus

Ut cassentur Statuta contra Ecclesiasticam libertatem.

In primis quidem nos Statutarij supradicti statuimus, et ordinamus quod omnia Statuta, et Ordinamenta, et confirmationes, et capitula Statutorum voluminum, et ordinamentorum dictæ Terræ . . . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Cap: 2

Ut Statuta Observentur et de modo renovandi

Item ut omnis novitatis materiæ, et scandali totaliter deleantur, et ad bonum et pacificum statum dictæ Terræ Populi et Hominum ipsius reducatur, statuimus et ordinamus quod præsens Statutum, et omnia, et singula contenta in hoc volumine Statutorum durent et perpetuitatem roboris habeant, quæ præcipimus inviolabiliter observari hinc ad . . annos proximos complendos incipiendos . . . . . . cassatione, renovatione, additione et diminutione . . . . qui pro tempore fuerint uno mense ante quam dictum tempus finiat . . . . dictæ Terræ in Consilio publico palam, et more solito congregato eligere . . . . consiliarijs dicti consilii ad scutrinium secretum fiendum per Potestatem dictæ Terræ qui pro tempore fuerit in præsentia duorum Fratruum minorum dictæ Terræ, duosdecim bonos viros de dicta Terra Hispelli; scilicet quatuor de quolibet Terzierio ita quod de qualibet Societate sit unus. Qui duodecim boni viri sic electi sint ultra dictum tempus Statutarij Populi dictæ Terræ et

et sint et vocentur, et prestito Sacramento corporali per quemlibet eorum de hoc Statutum corrigere, cassare, ipsique addere, diminuere, aliaque de novo addere, et facere possint, et valeant, pro ut melius et validius cognoverint pro Communitati. Ipsique si eis melius visum fuerit pro Communitati, et Populo dictæ Terræ totaliter confirmare, amore odio et omni mala suspicione infallibiliter postergatis, prædicta nos exequi volumus infra quindecim dies a die electionis ipsorum loco ecclesiastico aut alias honesto ut eis videbitur convenire, de quo postmodum adunati fuerint, ibi die electionis congregentur, die noctuque quovis modo sederint, et nequeant discedere, pœna centum Scutorum, pro quolibet contrafaciente, quousque Statutum perfectum restituent, ac etiam publicatum. De quibus Potestas dictæ Terræ qui pro tempore fuerit dum dicta Statuta fient inquisitionem facere teneatur cœterorum Priorum et se. — Statuimus, et reservamus quod prædicti Statutarij expresse jurent corporaliter quovis modo, aut causa, aut aliquo colore quæsito, simul aut divisim Statutum in præsenti volumine comprehensum et positum sub Rubrica de Electione Auctoritate et Officio Dominorum Priorum Populi dictæ Terræ et sub Rubrica de Consilio Populi, et ordine Prioratus dictæ Terræ et etiam de Auctoritate similiter et Numero tercentum sive centumseptuagintaquinque dictæ Terræ in nullo derogabunt, aut innovabunt, cassabunt aut irritabunt in præjuditium dictorum Statutorum, et Capitulorum aut alicujus ipsorum, nec obstante quod omnis de verbo ad verbum essent in concordia, supradicta ipsa Statuta infallibiliter confirmabunt. Cujus contrarij per aliquem Officialem aut proponi aut reformari expressissime inhibemus — Cum velimus ipsa Statuta et Capitula prædicta, et omnia contenta in omnibus his Statutis, omnibus aliis Statutis, capitulis, et legibus prævalere, prædicti Statutarij ad scribenda Statuta eadem notarios duos eligant, qui ipsum Statutum sine diminutione de novo totum scribant, et faciant omnia quæ per ipsos Statutarios ordinabuntur, et secrete tenere teneantur usque ad aperturam dicti Statuti. Ipsi vero Notarij et Statutarij qui erunt pro tempore, pro eorum expensis fiendis per eos, tempore quo ad

ipsum

ipsum Statutum faciendum steterint viginti Libras denariorum habeant et habere debeant de avere dictæ Communitatis. Qui Notarji teneantur et debeant duo Statuta scribere sed unum pro quolibet, dummodo quod in uno continetur, in alio contineatur de verbo ad verbum, et ipsa Statuta restituere scripta et publicata Prioribus dictæ Terræ bene absultata et rubricata infra quadraginta dies, computandos a die publicati Statuti. De quibus vero Statutis, ad stangam seu bancam juris Communitatis Hispelli unum alligari debeatur, seu applicari cum una Catena ferrea expensis dicti Communis, ut semper Statuti copia habeatur. Aliud vero Statutum remaneat dicto Communi non ligatum ad hoc ut Notarij qui pro tempore erunt ad scribenda dicta Statuta, cæterique homines copiare, habere valeant absque contradictione. Qui quidem Notarji qui ipsa Statuta innovanda ut dictum est scriberent, habeant et habere debeant pro suo Salario octo libras denariorum pro quolibet de bonis, et averibus dicti Communis Hispelli quos Cammerarius dicti Communis vinculo juramenti teneatur, et debeat dare et pagare cum effectu tempore restitutorum duorum Statutorum eisdem sine aliqua apodissa, ad quam restitutionem faciendam non teneantur nisi prius satisfecerit eisdem de dicto salario

Cap: 3

De Societatibus

Item quia cunctis cursibus suis fideliter peraguntur si in agendis, et maxime in honoribus et oneribus supportandis, hominum æqualitas observetur, et injuriæ et oppressiones exulent ab iisdem, statuimus et ordinamus quod in Hispello observentur et manuteneantur duodecim Societates sicut equate statuitur. In quibus sint, et esse debeant omnes homines de Hispello a quindecim annis supra, cujuscumque conditionis, ætatis, aut status existant, et qualibet Societas sit æqualis, et tot hominum ita quod in Pusterula sint quatuor Societates, in Mezota quatuor, et in Porta clausa quatuor. Scilicet in Pusterula Societas Avis, Directorum, Scalæ, et Stellæ, in Mezota Societas Vavorum, Plateæ, Unicornii, et Sancti

Angeli

Angeli, et in Porta Clausa Societas Portæ, Crucis, Menecode, et Adonesche, et in ipsis Societatibus sint omnes homines in suis conviciniis, et si omnes scripti non ade=essent, et non positi in Matriculis societatum, ponantur per illos qui positi fuerint a Prioribus dictæ Terræ infra mense a die publicationis præsentis Statuti. Et nullus possit exire de suo convicinio et ire ad aliam societatem quam suam, et si iret non habeat vocem in ea societate, nec possit in ea habere officium, et solvat nomine banni viginti quinque libras denariorum. Et in qualibet dictarum Societates, tempore quo eligetur consilium populi, more prædicto eligantur duo boni et legales homines qui sint et vocentur Consules Societatum, quorum officium duret sexto mense tantum, quo elapso, modo prædicto, continuo, pro tempore et pro ut supra alii eligantur. Et qualibet, qualibet Societas teneatur et debeat habere unam banderiam ad armia, quæ placuerit majori parti hominum dictæ societatis, et unam lumeriam suis expensis infra quinque dies post publicationem præsentis Statuti, et Potestas et Priores qui pro tempore fuerint teneantur vinculo juramenti infra dictum terminum fieri facere prædicta. Etiam tenentur prædicti Potestas et Priores renovari, et corrigi facere societatem prædictam, omnia Brevia Societatum, ad hoc ut æqualia sint, et æqualitatem habeant in se ut hactenus fuerunt æquales, dummodo quod nullus possit poni in Brevi alicujus societatis si non fuerint de tali Terzerio cujus esset talis societas. Item statuimus quod prædicti Priores teneantur et debeant fieri facere tria Brevia in Hispello sed unum pro quolibet Terzerio, et aliud in montaneis, et in quolibet dictorum Brevium qualibet societas sit præcise adscripta in quibus societatibus sint, + Brevia omnium hominum ipsius Terzerij, et ad quæ Brevia colligatur dativa in Hispello qualibet imponenda. Etiam prædicti Potestas et Priores debeant et teneantur expensis hominum dictarum Societatum: in vigilia Beatæ Mariæ de Augusto fieri facere unum Cereum pro qualibet dictarum Societatum sex librarum; si non factum est; et qualibet focularii unum Cereum mediæ libræ albæ ceræ ad minus, expensis ipsius focularis. Qui Consules Societatum tenentur cum dictis Cereis et hominibus Societatis ad Ecclesias

Sanctæ

Sanctæ Mariæ de Prato, et Sanctæ Mariæ Majoris ire, et redire, et faciant ipsi Consules rechiestam in dicta vigilia de sero ante vesperas de qualibet Societate, et quando non adessent, assignari Potestati, et idem Potestas prædicta observari faciat, et a delinquentibus pœna viginti solidorum nummorum auferat pro quolibet, et pro medietate dicto Communi, et pro alia medietate Hospitali dicti Communis applicandorum. Teneantur et ipsi Priores eorum expensis propriis emere faculas per eos dicto sero portandas ad dictas Ecclesias, ut alii de ordine Prioratus. Emantur tamen dicto sero aut ante pro dicto sero expensis Communitatis faculæ pro Potestati, ejus Judice, Notariis Reformationum, Custodiæ, et damnorum Datorum, et non pro aliis Officialibus dicti Communis, salvo tamen et reservato, quod Licterati et Notarji possint cum eorum Collegio ire ad dictum Festum sine pœna et banno, aliquo Capitulo non obstante. + Præfati vero homines omnis societatis, ut alii dictæ Terræ, Clericis, Beneficiatis exceptis, teneantur et debeant facere Custodiam, et omnia servitia, et opera dicti Communis realia et personalia, et ad ea cogantur per judicem Communis Hispelli, et qui contrafecerit solvat nomine banni decem libras denariorum; adjicientes, quod quicumque non fuerit suppositus jurisdictioni Communis Hispelli, et non fecerit Custodias et alias factiones dicti Communis non possit nec debeat habere aliquod officium in dicta Terra nec ejus districtu, et nihilominus solvat nomine banni decẽ libras denariorum, et quislibet possit esse Accusator, et habeat duas partes banni: dummodo hoc locum non habeat in Massarjis senioribus qui fuerint a septuaginta annis ultra, et Notarjus Custodiæ de prædictis teneantur facere inquisitionem salvo semper et reservato de trecentis Capitulo, de Consilio Populi; et hoc Capitulum sit præcisum quod tolli non possit Consilio aut Arenga

Cap: 4

De Consilio Ordinis et Populi Terræ Hispelli

Item statuimus quod Ordo prioratus factus in Terra Hispelli, et omnes illi qui sunt de Or-

dine

dine Prioratus prædicti, sint de Consilio, et Consiliarji dictæ Terræ Hispelli. Quod quidem Consilium, et Consiliarji plenam auctoritatem banni, et potestatem habeant providendi, deliberandi, ordinandi, disponendi, et omnia faciendi supra quibuscumque negociis, et opportunis dicti Communis, prout totum Commune, et homines Terræ Hispelli, quare per dictum Commune, et homines præcipimus inviolabiliter observari; Et quia difficile esset pro quibuscumque negociis dicti Communis omnes de dicto Ordine facere congregari, statuimus quod medietas dicti Ordinis sint Consiliarji dicti Communis sex menses incipiendos in Kalendis Januarji proxime venturi, et finitis dictis sex mensibus, alia medietas dicti Consilij ordinis sint Consiliarji aliis sex mensibus sequentibus et sic de sex in sex mensibus sint Consiliarji medietas dicti ordinis, et qui erit primis sex mensibus, aliis sex proxime sequentibus esse non possit_ Quod consilium vocetur Consilium Populi, et habeat Auctoritatem et Baliam, ut dicti consiliarji ordinis Prioratus nisi in illis tantum quæ fieri debent ex forma Statutorum in præsenti volumine contenta per consiliarios ordinis Prioratus. Possint tamen et valeant Priores Terræ Hispelli qui erunt pro tempore congregare, et congregari facere quoties eis placuerit consilium, quod sic congregatum reformare et disponere possit modo prædicto in quibuscumque factis, et negociis dicti Communis, dum tamen in quolibet Consilio fiendo intersint ad minus duæ partes dicti Consilij, et inter quos consiliarios supra quibuscumque negociis proponendis, deliberandis in ipso Consilio mittatur partitum ad bussolas, et pallunctas, et obtineatur ubi tractetur de expensis versandis, movendis, condemnatis Statutis, ordinibus vel Reformationibus cassandis, suspendendis, aut cancellandis, exbanditis rebadiendis, datiis et præstantiis imponendis, per duas partes eorum ad minus. De aliis vero quibuscumque negociis missum et partitum modo prædicto obtineatur per majorem partem ipsorum. Volumus etiamquidem quod in quibuscumque aliis parlamentis et consiliis mittantur partita ad bussolas et pallunctas, et obtineatur modo prædicto; et

et aliter preter dictam formam Reformatio facta non valeat — Possint enim et valeant homines ordinis Prioratus prædicti impune ferre et portare arma offendibilia et defendibilia per Terras Hispelli et ejus districtus, dummodo in Hispello non morietur Rector Ducatuum, et ejus curia, quo casu non possint nisi ut alii Hispellani; et penultimo mense quatuor annorum proxime venturorum, incipiendorum in Kalendis Januarii proxime venturi proponatur per Priores dictæ Terræ qui pro tempore fuerint in Consilio ordinis Prioratus de Consilio dictæ Terræ renovando, et quidquid factum, et reformatum fuerit per dictum Consilium ordinis valeat, et teneat auctoritatem præsentis Statuti

Cap. 5
De Officio Tercentorum

Item pro bono et pacifico Statu Communis et Hominum Terræ Hispelli, præcise statuimus et ordinamus perpetuo duraturum, quod in dicta Terra Hispelli, infrascripti centumseptuaginta quinque homines et boni et legales de dicta Terra qui vocentur Numerus Trecentorum, et sint, et esse debeant perpetuo centumseptuagintaquinque Jurati de Populo dictæ Terræ, qui, et ipsorum quilibet habeat et habere debeat suis expensis unum bonum et sufficiens Pavese, et unum Cerbellorium, Lanceam, Mannariam, aut Balistam, Cultellum, Spatam, aut Spuntonem, Corictum aut Corazzam ad pœnam viginti Scutorum pro quolibet infra duos menses a die publicationis præsentis Statuti. Quæ Pavesia dictorum centumseptuagintaquinque dipingi debeant, expensis Communis, ad Arma, ad Crucem rubeam et Campum album infra duos menses a die publicationis præsentis Statuti, de quibus Potestas aut ejus Vicarius in dictum tempus vinculo juramenti et ad pœnam viginti librarum denariorum de ipsis centumseptuagintaquinque requisitionem fieri facere, sive monstram in Platea dicti Communis; teneatur etiam ipsos centum septuagintaquinque facere jurari ipsa arma esse ipsorum ut superius est expressum; Et si quis fuerit inventus non habere dicta arma de dicto numero deleatur, et alius loco suo ponatur per Priores dictæ

dictæ Terræ; dummodo ipse Potestas sive ejus Vica-
rius prædicta banniri faciat publice per loca con-
sueta dictæ Terræ infra duos menses a die publi-
cationis præsentis Statuti, de quo numero nullus
elevari possit nisi post mortem vel quam excedat
ætatem septuagintorum annorum, et loco ejus
alius per Priores dictæ Terræ infra tres dies a
mortem ipsius, si ad eorum notitiam pervenerit,
eligatur et reponatur, et scribatur in dicto Nu-
mero per Notarios reformationum dictæ Terræ,
aut notarium qui hæc Statuta scripserit, præsen-
tibus semper ipsis Prioribus. Qui quidem cen-
tumseptuaginta quinque teneantur et debeant
dare auxilium, consilium, et favorem Dominis
Potestati, Prioribus et aliis Officialibus dictæ
Terræ ad conservandum et manutenendum
Commune, Populum, et singulares homines et
personas dictæ Terræ in bono et pacifico sta-
tu et Tranquillitate, et ad conservanda bona
et jura ipsius Communis, et reparanda et ma-
nutenenda ea, et augumentandum, et ad dan-
dam operam efficacem, quod averem dicti Com-
munis non expendatur nisi in causa evidenti
et necessaria, et pro utilibus negociis dicti
Communis. Qui omnes et singuli centumsep-
tuagintaquinque cum fuerint vocati per ipsum
Potestatem sono Campanæ, aut alio modo de
mandato Potestatis et Priorum teneantur et
debeant venire ad Palatium plateale, et ad
alium quovis locum, cum armis aut sine armis
prout vocati erunt, et eisdem injunctum exti-
terit et mandatum in adjutorium dictorum Do-
minorum Potestatis et Priorum ad pœnam quæ
præcipientur et mandabuntur, ad pœnam, stando,
et redeundo, et faciendo quæ expedierit pro
bono statu et pacifico Populi, Communis, et
Hominum Terræ Hispelli ad pœnam prædictam.
Et quidem tempore dictæ
cis imponetur per dictos Dominos qualibet vi-
ce qua contrafecerint, et tempore quo erunt
in dicta congregatione continuo obediant Po-
testati et Prioribus in omnibus quæ præci-
pientur, et mandabuntur, in eundo, stando, et

redeundo

redeundo, et faciendo quod expedierit pro bono statu, et pacifico Populi Communis et Hominum Terre Hispelli ad pœnam prædictam; et quidem tempore dictæ Congregationis, et in ipsa eundo et redeundo ad ipsam, nullus audeat aut præsumat eis aut alicui eorum aliquam injuriam inferre, contrafaciens quo, pœna dupli contenta de tali injuria in Statutis condemnetur, et condemnationem solvere teneatur. Et si contingerit, quod absit, aliquam brigam et rumorem esse in Hispello propter quæ possit turbari status pacificus dictæ Terræ ipsi Centumseptuagintaquinque teneantur et debeant ire ad Palatium dicti Communis vel Plateam, de mandato Potestatis, et Priorum prout fuerint exquisiti per præcones Banni, campanam aut brevejolos eorum, aut aliter requisiti, mandatis dictorum Dominorum exequi pro bono Statu dictæ Terræ. Et quidem tempore quo dicti Centumseptuagintaquinque erunt in Platea Communis cum eorum vexillo aut irent per Terra Hispelli in congregatione eorum, nullus projiciat lapidem aliquem, et qui contrafecerint in centum libris denariorum condẽnentur pro qualibet lapide, et nihilominus Domus de qua projecti fuerint lapides funditus destruatur et devastetur. Et si aliquis de Hispello se opposuerit Potestati, Executori condenationis, Prioribus et aliis Officialibus dicti Communis, aut si alicui ipsorum noluerit obedire, quod Priores Populi cum ipsis centumseptuagintaquinque debeant venire explicato vexillo ad Plateam, et dare auxilium, consilium, favorem Prioribus et aliis Officialibus, et domino Potestati, et cuilibet ipsorum obedire in omnibus, cum vocati fuerint a prædictis. Cœterum firmiter ordinamus quod Potestas vel ejus familia non possint nec debeant ad domum alicujus ire causa offenderdi aliquem vel aliquos, cum aliquibus de Hispello, præter quam cum ipsis centumseptuagintaquinque, et eorum Vexillo aut partem ipsorum cum voluntate Priorum, et si contrafecerit sit privatus potestaria, et Officio Communis Hispelli, et pro non Potestati habeatur, et ejus præcepta, processus, et banna non teneant, et sint nullius valoris,

suum=

suumque Salarium perdat totum. Qui centumseptuagintaquinque debeant dividi per brevia ita quod breve sit unum in qualibet Societate, et unum habeat brevajolum ita quod duodecim sint brevia prout inferius sunt descripta et signata; qui brevajolus eligatur de proximo futuro Mense Februaji per homines de dicto numero, qui de qualibet Societate eligant unum, itaquod sint duodecim brevajoli, cujus officium duret sex mensibus tantum et non plus, et demum sit brevajolus ejus Socius sequens in praesenti Capitulo adscriptus, cujus officium similiter duret sese mensibus et non plus, quae electio sic fiat ista prima vice, quod de qualibet societate eligatur primus scriptus in praesenti Statuto, ubi sint nomina dictorum centumseptuagintaquinque declarata et scripta, cujus officio completo, ejus socius sequens sit brevajolus, et sic successive usque ad ultimum, ita quod quilibet dictum officium habeat tempore sex mensium, et demum reincipiatur. Qui Brevajoli possint praedictos de dicto numero scilicet, quilibet ipsorum illos de illa societate de qua est Brevajolus cum fuerit sibi injunctum per potestatem et Priores convenire et coadunare, et cum ipsis vadant ad palatium et assistant Potestati et Prioribus. Qui centumseptuagintaquinque habeant pro eorum vexillo, vexillum quod habent Priores Populi dictae terrae, et semper custodiatur et teneatur in domo habitationis ipsorum Priorum. Qui centum septuagintaquinque teneantur et debeant ipsis Prioribus obedire in eundo, stando, et redeundo, et omnia alia faciendo pro bono et pacifico statu dictae Terrae. Possint et ipsi Priores eisdem praecipere, poenam et bannum imponere, non obstante quod contradicentur per Potestatem dictae Terrae; immo potestas teneatur et debeat ipsis Prioribus obedire, et poenam imponendam per eos a contrafacientibus exigere pro Communi. Quorum centumseptuagintaquinque sic per nos electorum juxta formam nobis a Consilio dicti Communis traditam, de numero cassamus ex nunc qui non essent ad catastati ad minus vigintes libras, et adscriptus ultra

unum

unum de una domo tantum, itaquod solus unus de una domo tantum sit de numero prædicto. Inhibentes quod si aliquis loco alterius poni et adscribi pro tempore in dicto numero expediverit, nullum debere adscribi aut poni qui non sit accatastatus ut superius dictum est, et nisi unum de una domo tantum, quod si contrafieret positum et electum ex nunc cassamus, et de dicto numero abolemus, et si aliquis de dicto numero Centumseptuagintaquinque occasione eorum officij de Mandato dominorum Priorum et Potestatis dictæ Terræ tam in faciendo quam in recipiendo damnum aliquod pateretur, expensis Communis identiter penitus conservetur. Adjicientes quod de dicto numero centumseptuagintaquinque sint duo Capitanei in quolibet Terzerio, videlicet in Terzerio Pusterulæ Martinus Venturi, et magnus Petrus Berardi, in Terzerio Mezotæ Raynaldus Pacciarelli et Bernardus Niccolutij, in Terzerio Portæ Clausæ Nardus Sibaldi et Vannes Guidi: Quos Capitaneos pro uno anno proximo venturo in Kalendis mensis Januarij proximi venturi incipientes eligimus et nominamus, et finito dicto anno alii duo Capitanei pro quolibet Terzerio per consilium populi dictæ Terræ eligantur pro uno anno tunc proxime venturo, et sic quolibet anno per consilium prælibatum pro uno anno alij eligantur. Qui Capitanei semper quando aliquis rumor surgeret in Terra Hispelli, quod absit, teneantur et debeant venire cum eorum sociis ante palatium Priorum dictæ Terræ armati, una cum eorum sociis, et omnes de dicto numero teneantur et debeant ire ad domum dictorum Capitaneorum sui Terzerij, et cum eis venire ad domum sive palatium Priorum dictæ Terræ, et ipsis Prioribus parere et obedire in omnibus, et si dicti Capitanei fuerint negligentes in prædictis solvant nomine pœnæ, et solvere teneantur quinquaginta libras denariorum pro quolibet et qualibet vice. Et quicumque de dicto numero non venerit cum suo Capitaneo dicto tempore, solvat et solvere teneatur vigintiquinque libras denariorum, quam pœnam

Potestas

Potestas teneatur et debeat a contrafacientibus exigere pro Communi, Et Statuti capitulum hoc sit praecisum et firmum et contrapraevaleat omni iure, non obstante aliquo alio Capitulo in contrarium loquente. Qui centumseptuagintaquinque sint exempti et immunes ab omnibus operibus fiendis praeter quam de opera de aquis trahendis in montaneis Terrae Hispelli.

Nomina vero praedictorum centumseptuagintaquinque sunt haec videlicet.

In Terzerio Pusterulae

De Societate Assis

Cola Tutij Nelli	Vagnutius Andreae Marni
Cola Passari	Putius Bartoli Turnoli
Cichus Martini	Falconus Ciccoli
Massiolus Puccilli	Maxius Putij Cioli
Masciarellus Vañis Saxi	Angelus Putii domni Io:
Philippus Bartoli Favelti	Petrus Piccotti Calderarij
Vañes Ioli Adductoli	Vañes Jacoboni
Puccius magnus Iolius	Maxius Quturellae Grotij

De Societate Stellae

Cichus Bartoli Angeli	Marcus Andrutij Monaldi
Cola Andrutii Scoli	Pucciarellus Vañis Cresci
Martinus Venturae	Crescius Ciccoli Cresci
Cichus Putij Raynaldi	Stephanus Petri Agentij
Vañes Nardi Panzi	Petrus Colae Bernardi
Paulus Vanis Jacobae	Marinus Ciccoli Passarilli
Vañes Bartolilli Arcurilli	Petrillus Colae Lentij
Ciccolus Mercatantis	

De Societate Diritorum

Lutius Venturae Guidi	Petrus Putij Maxij
Petrillus Gonzonis	Putius Angelilli
Nicolutius Bartoli	Bartolus Lilli Sunioli
Magnus Petrus Colae Guadagni,	Petrillus Mart. Jacobutij
	Maxius Venantij
Andreas Pauli	Maxiolus Venturae Tomassilli
Bartolus Lilli Guzzattae	Matteus Putij Poli
Petrillus Bartoli Gilioli	Angelillus Petri Bone

De

De Societate Scalæ

Francus Vagnutii Lilli Jo.	Maxius Passarilli
Magnus Petrus Berardi	Angelus Andrutij Corradi
Cichus Lilli Mascioni	Sgangliolus
Vagnutius Lilli Jo.	Mactiolus Lolitúrini
Marinus Colæ Passarilli	Sanctolus Andrutij Scoli
Vānēs Jotij	Lutius Magni Andreæ

In Terzerio Mezotæ

De Societate Varorum

Petrus Salvoli P.	Petrillus Cagni Babilis
Baldulus Putij Belventi	Putius Rolandi
Antonius Ciccoli Tartari	Bascianus Mei Francisci
Vānēs Lilli Fascioli	Vagnolus Telgentis
Maximus Putij Brunatti	Luceas Mutij
Vagnutius Pascali Passarilli	Magnus Tomas Ciccoli
Andrutius Putij Puleine	Bernardinus Andrutij Spāne

De Societate Sancti Angeli

Paolus magni Nicolæ	Andrutius Nardi
Vānēs Massilli Tirapichi	Pucciarellus Joli Streppoli
Cantius Andrutij Tirapichi	Mannus Andrutij
Ciccarillus Burbari	Andreas Ciccoli Marutij
Vānēs Bartoli Taddioli	Pucciatlus Nardi
Andrutius Marinelli	Rubens Carsutus
Cola Piccardi	Stephanus Petrilli
Alexius parvi Alexij	

De Societate Unicorni

Niccolaus Pioli Mannoli	Ciccolus Andrutij Agrestulæ
Franciscus magni Andreæ	Passarus Vengiatoli
Petrillus Paolutij	Franciscus Bernardi
Andrutius Lilli Raynaldi	Petrillus Nardi Caciulæ
Vagnutius Ptu Purelli	Lillus Magni Joannis
Ciccarellus Mittarelli	Mattiolus Cillus Cechi
Paolutius Putij Orlandini	Symon Lilli Montanariæ

De Societate Plateæ

Bernardinus Nicolutij	Ciccolus Andrutij Lenzoli
Cristophorus Lilli Andrioli	Vānēs Galli
Maxiolus Blanchi	Vānēs Merli
Cucciarellus Jaciotti	Massutius Putij

Petrus

Paetrus Ximpianelli
Cola Lenci Capcinae
Angelillus Andreae Necis
Puccius Jannellis
Vañes Braedsis
Petrillus Colae Ranentji
Bartolus Vagnutij Necis

In Terzerio Portae Clausae

De Societate Portae

Raynaldus Pucciarelli
Vañes Herculani
Cichus Paolutij
Maxius Putij Masilli
Pucciattus Guerci
Lillus Pucciarelli Marcutij
Franciscus Petri Francisci
Pace Petrilli
Mattiolus Corradi
Boranutius Putij
Tomassutius Vañis Cynambri
Magnus Petrus Cagni
Vañes Cagni Philipputij
Judius Coderoni
Vañes Joli Passaritij

De Societate Crucis

Vañis Putij Cozzulae
Vañis Guidi
Lillus Angurellae
Putius Vañis Lalli
Venturellus Petrilli Stasciacoññ
Symon Vagnutij Nardi
Petrus Joli Passarilli
Petrus Joli Bonefamemae
Butolus Blasij Butoli
Petrillus Marchi Melioradi
Melioratus Symonis
Cola Bigelli
Nardus Sibaldi
Vagnutius Antonij Bichi

De Societate Menacode

Guidus Petrutij
Andreas Valentini
Paulus Petrutij Cozzolae
Andreas magni Ranerij
Vagnutius Petri Rivoli
Pucciarellus Floruticae
Putius Blaxi Avvenegranti
Lutius Gonzoli
Vagnutius Ciccoli Joannis
Petrutius Stephani
Lippolus Passarilli Pañochj
Vagnutius Putij Jo. Nitti
Petrillus Ciccoli Mattioli
Andreas Putij Macchiae
Vañes Androchi

De Societate Adoneschae

Petrus Massioli Stisoli
Vañes Masilli Berardutii
Andriolus Joli Caldararij
Paulus Bernardi
Petrus Vagnutij Rioli
Petrillus Pietij Buccavitelli
Vañes Andruccioli
Lentius Putij Ciacti
Vagnolius Lilli
Petrus Cichonij
Vañes Scaraponi
Petrillus Junitolae :11:
Cola Vañis Rubj :11:

Cap:

Cap: 6

De Electione et Officio Dominorum Priorum

Item statuimus, et ordinamus quod currentibus annis 1363 de Mense Novembris dicti anni, Priores Terrae Hispelli qui pro tempore erunt congregari faciant Consilium ordinis Prioratus, et in ipso proponant, et proponere faciant, et debeant de modo et ordine tenendo in eligendo novos Priores dictae Terrae, pro tempore futuro et quodquod factum et reformatum fuerit in dicto Consilio valeat et teneat auctoritate praesentis Statuti, et in penultimo Officio Priorum sic electorum, Priores dictae Terrae pro tempore inde futuro modo simili eligantur. Qui quidem Priores sic electi prima die introitus eorum officij, et Priores qui modo sunt de ordine Prioratus, et positi in sacchetta Priorum dictae Terrae, jurent et jurare teneantur, et debeant in Consilio Populi dictae Terrae, et promittant, et idonee caveant de observando et conservando statum pacificum dictae Terrae, et praesentis Statuti, Populi, et omnia in eis contenta manutenere, et omnia facere, quae ad tranquillitatem, pacem, et bonum statum dictae Terrae viderint et cognoverint expedire; Dummodo quod ad dictum officium Prioratus, Nullus qui non sit adcatastatus ad minus in triginta libris denariorum et nisi unus de una domo tantum aliquantum eligatur. Qui Priores pro omnibus necessitatibus et utilitatibus dicti Communis, Hominum, Hispellatium, et personarum dictae Terrae, quotiescumque eis placuerit, et viderint expedire possint, et eis liceat praesente Potestate dictae Terrae et absque eo ut eis placuerit, Consilium Populi dictae Terrae, et ordinem Prioratus, et omnia alia consilia, auctoritatem habentia, Curias et Consilium sapientis, et aliorum hominum congregare et congregari facere in Palatio dicti Communis, et ubique locorum ut de eorum processerit voluntate; et in eisdem per unum ex dictis Prioribus de consensu aliorum Priorum proponere et

reformare

reformare, et proposita reformari facere per Potestatem dictæ Terræ aut ejus Vicarium, qui dicti Potestas et ejus Vicarius ad eorum requisitionem, pœna centum librarum, facere teneantur omnia et singula quæ viderint, et cognoverint utilia pro Communi, deliberato prius et obtento ante congregationem hujusmodi Consilij, et alterius consilij auctoritatem habentis, inter eos per duas partes eorum ad minus ad bussolas et pallucetas de congregando consilia supradicta, et proponendo et reformando utilitatem in eisdem; misso semper partito de omnibus agendis inter eos per unum exponi Prioribus, et obtento per duas partes eorum ad minus, et ad bussulas et pallucetas. Consilium vero aut alia adunantia ad petitionem alicujus, et de mandato Potestatis aut alterius quis Officialis, aliter et absque eorum præsentia, licentia et eorum deliberatione minime congregetur; aut inter eos approponatur aliqua reformatio. Quidquid autem contra formam prædictam fieret non valeat ipso jure. Possint quoque dicti Priores Populi per se aut alios Sapientes pro utilitate Communis Hispelli leges, statuta et ordinamenta condere, quæ per Potestatem et Officiales cæteros et homines dictæ terræ inviolabiliter observentur, si per consilium dictæ Terræ confirmati fuerint et approbati. Quibus quidem Prioribus Centumseptuagintaquinque, et homines omnes dictæ Terræ pro augumentatione, tranquillitate, statu, et pace dictæ Terræ, et hominum ipsius debeant obedire ad pœnam vigintiquinque librarum denariorum, et plus, et minus, habito respectu ad qualitatem facti, a contrafaciente auferendam per dominum Potestatem aut ejus Vicarium, et summarie et dicto facto. Teneantur quidem et debeant præfati Priores gubernare et augere, et manutenere dictam Terram, et homines ipsius in statu pacifico, et tranquillo; libertatem, jura, bona, et possessiones, Senaitates, et confinia dicti Communis reinvenire, conservare, et manutenere pro posse; et omnia alia exercere, et facere quæ venerint utilia Communi

et non

et non permittant ordinari proponi, delibera=
ri aut reformari aliquod contra formam prae=
sentis Statuti et ordinamenti, et aliquid ex=
pendi de bonis dicti Communis nisi per eviden=
tem utilitatem dicti Communis; nihil autem
de bonis et avere dicti Communis expendere
valeant contra formam praesentis Statuti, nisi
prius obtentum et deliberatum extiterit in
consilio Populi vel ordinis Prioratus, aut in Sta=
tuto loquente de dicto Consilio, aut Consiliis con=
tinetur. Salvo tamen et reservato quod in
petendis per Communia Civitatis Perusiae et
Spoleti etiamsi expensas exercitum et caval=
catam in eorum servitium facere opporteret,
et requireretur, Priores ex se ipsis absque a=
lio Consilio et deliberatione possint, et eis liceat
providere, deliberare, exequi juxta petitionem
ipsorum, dummodo de petitione pateat, ac si
provideretur per totum Commune, et Consilium
Populi praelibati, et per expensis fiendis pro=
pter ea Cammerarius dicti Communis solvat
de avere dicti Communis. Et si contigerit
quod aliqua proposita de quibuscumque ne=
gociis in Consiliis opportunis facta amittere=
tur, toto tempore eorum officij ipsam propo=
sitam sit amissam, et nullatenus reproponatur=
tur, et non possit aliquam apodissam facere,
vel sigillare de aliquibus expensis contra for=
mam praesentis Statuti, aut nisi fuerit plus
per opportuna consilia ordinatum. Dummodo hoc
locum non habeat in Salariis, et in hiis qui
debent recipere a dicto Communi praesertim
officiales, forenses dictae Terrae. De quibus au=
tem expensis contentis in praesenti Volumine
Statutorum, aut deliberatis ut dictum est,
et occurrendis tempore eorum officij sigillari
et fieri debeant apodissam, quae per unum
ex ipsis Prioribus in domo habitationis ipso=
rum sigillo parvo ad crucem dicti Communis
in praesentia duorum aliorum ad minus sigil=
letur et per Cancellarium dicti Communis scri=
batur, et si aliter fieret... non valeat. Et
Priores aut Prior aut alius qui contra prae

dictam

dictam formam aliquam apodissam sigillarit et fecerit, et Cancellarius qui scriberet in damnum ejus quod in Apodissa continetur puniatur, et Cammerarius dicti Communis quod in tali apodissa continetur minime solvere teneatur, et si solverit in dicta poena puniatur, et de suo proprio nihilominus solvisse cogatur. Debeant quoque et teneantur quolibet mense in exitu mensis vinculo juramenti omnem introitus dicti Communis dare, quem ad manus Cammerarij perveniat, et causas cujus, et omnem exitum, et expensas dicti Communis, et causas quorum, tempore ipsorum officij per eorum Cancellarium legi publice facere in Consilio publico dictae Terrae; alias expensas factas et non lectas, ut dictum est, pro expensis dicti Communis factis minime habeantur sed dictas expensas de eorum proprio dicti Priores solvere tenentur, omniaque debita contracta tempore eorum officij assignent in dicto consilio, et nitantur satisfacere toto posse. Et si dicti Priores dictos introitus, et exitus, ac debita contracta tempore eorum officij legere non fecerint in dicto consilio ut dictum est, et dictus Cancellarius non legerit, solvant et solvere teneantur praedicti Priores Communi praedicto decem libras denariorum pro quolibet, et dictus Cancellarius viginti libras, et Potestas dictae Terrae qui pro tempore fuerit debeat dictas poenas, et quamlibet earum exigere pro Communi, quod si non fecerit perdat de suo Salario quinquagintas libras Denariorum. Teneantur quoque, et debeant praedicti Priores vinculo juramenti, et ad poenam viginti Solidorum pro quolibet et qualibet vice, die noctuque continuam moram et residentiam facere toto tempore eorum officij in domo solitae habitationis Priorum dictae Terrae, pro eorum officio exercendo, vel ad minus duo ex eis ibidem jacere et commedere teneantur; Et Potestas de praedictis teneatur inquirere, et inquisitionem facere bis in hebdomada, et repertos culpabiles condennare, et non possint aliquos ambasciatores mittere, aut Apodissam sigillare nisi prius inter eos obtentum extiterit ad bussolas et palluctas

luctas per duas partes eorum. Si quod ab eis ve=
ro, quavis causa peteretur, responsionem fiendam
petentibus absque eo modo prædicto non fa=
ciant, immo deliberent inter eos, et aliter res=
pondere non valeant, et si facerent contra in
decem librarum denariorum pœna pro quolibet
et vice qualibet puniantur. Nullumque sinda=
catum dicti Communis faciant, aut permittant
fieri nisi deliberatum et obtentum fuerit in
Consilio Populi, et ad bussulas et palluctas
per duas partes eorum, et si aliter fieretur Sin=
dacatus hujusmodi non valeat ipso jure, et in cen=
tum libris ipsorum quilibet condennetur. Ha=
beant quoque et habere debeant pro eorum Sala=
rio et expensis quolibet mense pro quolibet eorum
centum libras denariorum, quas Cammerarius di=
cti Communis absque alia deliberatione solvere
teneatur; et habeant et habere debeant expen=
sis dicti Communis unum famulum qui eis ser=
viat cum Salario quatuor librarum pro quolibet
mense, et unum nuntium, sive bavulum, qui
eis serviat expensis dicti Communis quadraginta
quinque Solidorum pro mense, et quatuor famulos
forenses aptos ad arma portanda, et indutos de uno
panno, qui semper stent, et morentur cum dictis
Prioribus, et habeant pro eorum Salario duos
Florenos aureos pro quolibet et quolibet mense,
qui eisdem serviant in omnibus opportunis. Ni=
hilque aliud a dicto Communi aut a speciali=
bus personis petere aut recipere valeant et
si contrafecerint in vigintis libris denariorum
pro quolibet puniantur. Si quis autem offen=
deret dictos Priores aut aliquem eorum dicto
aut facto, vel offendi faceret quoquo modo
durante eorum officio, vel post, occasione di=
cti officij, pœna quadrupli puniatur. Si vero ex
hujusmodi offensis turbaretur aut turbari posset offici=
um dominorum Priorum, et status pacificus
dictæ Terræ, aut quis attentaret et præsume=
ret officium ipsorum Priorum, Centorumseptin=
gentorumquinque, et Consilij Populi, et Statutu=
um prædictæ Terræ mutare, turbare, vel vas=
tare pœna Capitis puniatur, et pro prodito=
rem

rem et rebellem dicti Communis habeatur, et
ejus bona omnia Communi predicto confischen=
tur. Teneatur quoque dominus Potestas et
ejus Officiales eisdem assistere, et praestare au=
xilium, consilium, et favorem; eosque dia noc=
tuque, et quotiescumque eis placuerit + permittere + palatium intrare
ad congregandum, et congregari faciendum con=
silium dicti Communis quotiescumque de eo=
rum processerit voluntate; ad faciendam cus=
todiam et alias quascumque factiones personales
dicti Communis, et durante eorum officio minime
cogantur nisi in quantum de eorum processerit
voluntate. Quibus dominus Potestas vel ejus Vi=
carius aut quis alius Officialis dicti Communis
aut alia persona aliquod imponere, mandare
seu praecipere nequeant aliqua ratione aut
causa, aut contra eos, seu aliquem eorum pro=
cedere, aut inquirere de aliquo, durante eorum
officio, nisi de malo, quod absit, per eos aut
eorum aliquem in aliquo committatur; ipsi que=
que iisdem Officialibus in aliquo contra for=
mam praedictam parere minime teneantur, et
si aliquod damnum inde recipient per dictum
Commune conserventur indennes; Et potestas
vel quis alius Officialis qui contra praedicta
fecerit in biscentis libris denariorum vice qua=
libet condennetur. Praefati vero priores infra
octo dies a die depositi eorum officij, per po=
testatem dictae terrae, et pro quolibet Terzerio
per unum bonum virum, de quibus tribus
unus sit notarius eligendus per consilium po=
puli dictae Terrae ad brisciulos, ut moris est, cum
salario eidem solvendo expensis dicti Communis
decem librarum pro quolibet eorum, de admi=
nistratione eorum officij, et ommissis et neglectis
per eos, et omnibus contra formam praesentis
Statuti, et ordinis, vel aliquid ex eis factis
adrationari et etiam sindacari; et si in praedi=
ctis seu aliquo praedictorum aut contra formam
praesentis Statuti quid inveniretur fuisse per
dictos adrationatores et sindacatores poena in
dictis Statutis contenta debeant condennari; et
si dolum aut fraudem, furtum aut baratte=

riam

riam in dicto eorum officio commiserint, aut aliqua facerent, committerent vel facere et committere attentabunt contra statum pacificum dictæ Terræ, et officium Priorum, aut centorumseptingentorum quinque, et Consilij Populi, et contra officium Potestatis dictæ Terræ, de omni honore, officio, et bono dictæ Terræ proprio sint privati, et nihilominus pœna capitis puniantur, et pro proditoribus, et rebelli~~oni~~bus habeantur perpetuo, dicti Communis, eorum bona debeant omnia confiscari, in eis et pœnis et bannis per dictos sindicos comdennentur. Teneantur quoque Potestas, et quilibet alius Officialis dictæ Terræ dum fuerint requisiti per Priores prædictos ad aliquam executionem, coationem, vel aliquid aliud faciendum ipsis Prioribus plene obedire; et ea de quibus fuerint requisiti per ipsos Priores facere et executioni mandare pro ut de eorum processerit voluntate, et si prædicta non fecerint in centum libris denariorum Potestas, et quilibet alius officialis in decem libris denariorum comdennentur de eorum Salario. Habeant quoque dicti Priores auctoritatem et baliam plenissimam in faciendo fieri pacem de omnibus inimicitiis quæ in Hispello essent, et prædictos non obedientes comdennare, punire, cogere, et confinare pro ut de eorum processerit voluntate, aliquo statuto vel ordinamento in contrarium loquente non obstante, et quod aliqua juris solemnitas et formalitas sit ommissa. Et si contingerit quod aliquod secretum Communis reveletur per ipsos Priores aut aliquem eorum, volumus quod ille qui revelaverit de ipso officio cassetur et perpetuo sit privatus, et ~~in~~ decem librarum denariorum pœna per Potestatem dictæ Terræ comdennetur. Possint quoque dicti Priores pœnam et bannum imponere cuicumque personæ, quacumque de causa usque ad quantitatem decem librarum quotiescumque eis placuerit, quæ pœna a contrafaciente per potestatem dictæ Terræ exigatur. Teneantur quoque ipsi Priores in primo consilio fiendo post introitum eorum officij omnes expensas factas tempore eorum

Præde=

Prædecessorum, et omnia contracta, debita per ipsos Priores legi facere, quod si non fecerint quilibet eorum in decem libris denariorum, et Cancellarius dictæ Terræ qui pro tempore fuerit viginti librarum denariorum pœnam incurrant, et Potestas teneatur dictas pœnas exigere a contrafaciente pro Communi, et si potestas non exigeret, perdat de suo Salario quingentas libras denariorum. Addicientes huic Capitulo quod Priores non possint neque debeant emere vinum, aut aliquid expendere in vino de bonis, et avere dicti Communis nisi expressam licentiam Consilij et ordinis Prioratus quidem habeant et habere debeant, antequam emant dictum vinum. Et hoc Statuti capitulum sit præcisum, quod tolli, suspendi, cassari, et ei in aliquod derogari non possit quoquo modo

Cap: 7

Quod nullus Clericus possit esse Officialis

Item statuimus et ordinamus quod nullus Clericus possit esse Prior aut Consiliarius, aut aliquod aliud officium in Communi habere, et electio facta de eo non valeat, et electus solvat nomine Banni vigintas libras denariorum, quorum pro tertia parte Communi, pro alia Potestati, et pro alia parte accusatori, et illud idem dicimus contra electos et electores ad aliquod officium contra formam præsentis Statuti

Cap: 8

De Adrationatoribus eligendis

Item statuimus et ordinamus quod Priores Populi dictæ Terræ eligant, et eligere debeant ad revidendam rationem Cammerarij, et collectarum et dativarum, fictus montis, aut paludis, et alterius quivis æris dicti Communis, et omnes alios ad quorum manus pervenisset de bonis dicti Communis quacumque de causa, de omnibus proventis eorum ab eo tempore citra quo eis placebit, et ad sindicandum et ad rationandum illos tres bonos viros et legales de dicta terra scilicet unum de quolibet Terzerio, quorum unus sit notarius; qui sint sindici et adrationatores prædictorum

dictorum, et eo modo ad rationandam rationem de omnibus proventis ad manus eorum, de bonis dicti Communis infra tres dies a die depositi eorum Officij eligant et eligere debeant tres bonos viros unum videlicet pro quolibet Terzerio de quibus unus sit notarius, in Sindacatu et ad rationationes ipsorum, qui quidem Sindaci et adrationatores jurent eorum officium facere et exercere in bona fide, sine fraude, et infra octo dies post hujusmodi juramentum sindacatus prae fati finiant et terminent, culpabiles condennando, et insomptes absolvendo. Dummodo ipsi Priores non possint nec debeant se ipsos, aut aliquem eorum eligere, neque alium Officialem dicti Communis, scilicet Notarios damnorum datorum, reformationum, custodiae, aut aliquos officiales potestatis ad poenam decem librarum denariorum pro quolibet eligente, et electionem acceptante, quae poena medietas sit Communis, et alia accusatoris. Qui Sindaci et adrationatores et quilibet eorum habeat et habere debeat de avere dicti Communis pro eorum salario, et quolibet eorum decem solidos denariorum pro quolibet Sindacatu.

Cap. 9
De Modo Propositarum Fiendarum

Item statuimus quod omnes propositae, sive proposita supra quocumque facto fiendo deliberentur fiant, et proponantur, et reformationes et ordinamenta super ipsis obtinenda, obtineantur secundum morem et formam contentam superiori capitulo de consilio populi et ordinis Prioratus statuti, et Statuti de electione et officio Dominorum Priorum dictae terrae, alias proposita vel propositae, reformatio, vel ordinamentum praeter formam praedictam facti non valeant, et Priores qui contrafecerint aut fieri permitterent contra ~~in~~ poena vigintarum quinque librarum denariorum condennentur, et Notarius qui scripserit tantundem Communi praedicto similiter condennetur.

Cap:

Cap: 10
De Electione et Officio Notarij Reformationum

Item ut negotia Communis condecenter, et melius ordinentur et tractentur, statuimus et ordinamus quod dicto mense Februarij proxime venturi in Consilio Populi dictæ terræ proponatur de electione Notarij Reformationum Communis prædicti pro sex menses, incipiendos die vigesima mensis Martij proxime venturi, et finiendos die vigesima Mensis Septembris proxime venturi; et in aliis temporibus futuris uno mense ante finitum officium ipsius Notarij, de ipsius electione in ipso consilio proponatur; et quidquid per dictum consilium supra ipsam electionem deliberatum extiterit valeat et teneat auctoritatem præsentis Statuti; dummodo nullus possit eligi ad dictum officium qui sit de una et eadem Terra unde esset Potestas dictæ Terræ, et si eligeretur ejus electio non valeat, cujus Notarij officium duret sex menses. Qui notarius, sive Cancellarius Communis aliquam propositam contra formam præsentis Statuti supra quovis facto minime scribat, quod si faceret perdat salarium suum totum, et pro falsario habeatur.+ In electione fiendæ de electionibus Potestatis, et aliorum Officialium dicti Communis, Notarius una cum fratribus minoribus debeat interesse ad scribendos dictos officiales, et caveat ne aliquis Officialis dicti Communis eligatur contra formam præsentis Statuti, scribat etiam omnia et singula ad ipsa officia, sive officium spectantia, et ubi tractetur de electione Potestatis non permittat Potestatem dictæ Terræ, nec aliquem ejus officialem dictæ electioni interesse, nec ipse potestas et ejus officiales intersint pœna centum librarum pro quolibet et qualibet vice. Teneatur quoque ipse Notarius et debeat scribere omnia et singula quæ spectant et spectare noscuntur ad officium Priorum, et Camerarij dictæ Terræ, et Apodissas, Propositas, Reformationes, et alias scripturas opportunas et necessarias, et quæ pertinent ad officium Notariatus prædicti, nec non quietationes si

+Tempore namque

quæ

que occurrerent in servitium Communis. Qui Notarius teneatur et debeat venire Hispellum una die ante introitum sui Officij, et habeat et habere debeat de bonis et havere dicti Communis viginti quinque Florenos aureos et non plus, hoc modo videlicet, medietatem in fine primorum trium mensium, et reliquam medietatem in fine sui Officij, aut pro rata temporis; pro quo Salario tenetur et debet ipse Notarius servire dicto Communi in omnibus, et singulis factis, et negociis durante suo officio sibi in posterum committendis per consilium Populi et Officium dicti Communis. Et teneatur in fine sui officij dare et assignare Cammerario dicti Communis, pro dicto Communi recipienti, unam balistam valoris quadringentarum librarum denariorum ad minus, quæ in danario minime converti possit. Qui Notarius nullo modo stare nec habitare possit in una eademque domo cum Potestate vel Cammerario Communis Hispelli, et nullus familiaris, + aut officialis Potestatis possit ad dictum officium eligi vel esse, et qui esset aut fuerit dicti Potestatis officialis. Caeterum idem Notarius pro dicto Salario scribere tenetur omnes litteras missivas pro parte dicti Communis, nec plus habere aut petere possit pro suis scripturis a dicto Communi aut spetialibus personis, et teneatur librorum, scripturarum, prout sibi petitum fuerit per spetiales personas, eam extraendi copiam quorum interesit commodare. Qui notarius teneatur et debeat jurare suum officium facere bona fide, sine fraude, et debeat facere continuam residentiam in Hispello, nec dicto tempore redire possit ad Terram suam, nisi semel, et tunc quinque diebus possit manere et non plus; et si dictus Notarius fuerit negligens in prædictis, aut in aliquo prædictarum, vel fraudem commiserit solvat pro qualibet vice decem libras denariorum. Acta cujus Notarij et scripturæ remaneant in Hispello pro Communi; finito vero suo Officio stare debeat tribus diebus ad sindacatum, redditurus rationem de administratione sui Officij coram Sindicis et Adrationatoribus superi=

+ Notarius

superiorem in formam praesentis Statuti eligendis. Possit quoque habere unum baiulum eligendum per Priores dictae Terrae pro eo tempore quo durat officium dicti Notarij, cum salario eidem balyo per dictos Priores sibi constituendo dummodo aliud Salarium ab aliquo non recipiat. Qui baiulus ipsi Notario, et Prioribus dumtaxat serviat, dummodo aliquas citationes nullaetenus facere valeat, et si faceret ipsa citatio non valeat ipso jure, contra quod facere per Potestatem vel alios officiales non cogatur. Caeterum dictus Notarius in aliquo consilio dictae terrae ubi tractaretur aut proponeretur de aliquod dando donando, vel concedendo de bonis dicti Communis contra formam praesentis statuti, a Potestate vel ejus familiaribus, et officialibus vel quibusvis aliis officialibus dictae Terrae, aut alterius pro eis, vel eorum aliquo recte, directe aut indirecte, aliquo colore quaesito, proposita dicta, consilia, vel reformationes nullaetenus debeat scribere, quidem jurare teneatur ad sancta Dei Evangelia, et si contrafaceret pro falsario habeatur, et ipso facto, suo officio sit privatus, et teneatur solvere pro Communi quingentas libras denariorum nomine poenae, sibi per adrationatores et sindacatores qui ipsum sindacabunt accipiendas, de quibus quilibet sit accusator, et habeat duas partes banni

Cap: 12
De Electione et Officio Cammerarij

Item statuimus et ordinamus quod currentibus annis Domini 1363 de Mense Novembris Priores dictae Terrae qui pro tempore fuerint praedicto, congregari faciant consilium ordinis Prioratus, et in ipso proponant de electione Cammerarij dictae Terrae, quando proponetur de electione Priorum dictae Terrae, pro tempore inde futuro, et pro tempore, quod eis placuerit, et quod factum, et reformatum fuerit valeat et teneat auctoritatem praesentis Statuti; et finito tempore pro quo dicti Cammerarij eligentur, per dictum consilium alij Cammerarij pro tempore inde futuro, modo simili eligantur

dummodo

dummodo aliquis in Cammerarium non eligatur nisi fuerit accatastatus trigintarum librarum ad minus. Qui Cammerarij sic electi, et Cammerarij qui electi sunt et positi in sacchetto Communis una cum prioribus dictae Terrae, modo de praesenti per quatuor annis proxime venturis incoandis a Kalendis Januarij proxime venturi, et in principio eorum officij jurent et promittant, et idonee caveant eorum officium facere bona fide sine fraude, et omnes introitus dicti Communis, et quidquid de bonis dicti Communis ad eorum manus pervenerit scribi facere ad introitum dicti Communis, nihilque expendere contra formam praesentis Statuti; quae omnia facere teneantur, et debeant in fine cujuscumque mensis legi facere in consilio Populi, et assignari omnes introitus dicti Communis, et expensas per eum habitas et factas. Finito vero tempore eorum Cammerlengatus infra octo dies plenariam rationem reddere, et assignare de eorum officio et gestis per eos, et de ipsorum introitus et exitus teneantur et debeant. Idemque Cammerarij non possint recipere aliquam condennationem ab aliqua persona, nisi in Palatio Communis Hispelli, vel in Scalis Palatij, vel ubi jus redditur pro communi, et non possint partem condennationis Communi recipere sine parte partis, sed ipsam condennationem totam integram recipere tenentur nisi prius pars partis sibi tangentis parti alteri relapsaret, et contrafacientes communi et potestati in centum libris denariorum pro quolibet et vice qualibet condennentur; contra quod dispensari nequeant quoquo modo; Potestas vero vel ejus officiales contra praedicta facientes in centum libris denariorum condennentur. Partem vero parti contingentem, quam dicti Cammerarij seu Cammerarius recipiet statim, et absque mora sine aliqua diminutione, mandato, aut apodissa solvere teneatur. Quidquid autem, assignato officio successoribus, eorum, de bonis dicti Communis et spetialium personarum eis remanserit, ipsi Communi et spetialibus personis in dictum tempus octo dierum, poena dupli, restituere teneantur.

Habeant

habeant quoque et habere debeant, et teneantur a dicto Communi pro eorum Salario, et pro quolibet et quolibet mense tres libras denariorum, et plus a dicto Communi vel spetialibus personis pro dicto eorum officio recipere non possint, et si contrafecerint qualibet vice in vigintis quinque libris denariorum condemnentur, et quilibet possit esse accusator, habeat duas partes banni, et teneatur secretus. Et dicti Cammerarij habeant librum expensis per se a libro introitus, qui scribantur per Notarium reformationum dictae Terrae et non per alium, dumodo introitus de quibus Ecclesia Romana partem habere debet in quodam libro per se scribantur. Qui libri restituendi per ipsum notarium Sindacatoribus, qui rationem dictorum Camerariorum videbunt, et eos sindacabunt, postmodum ipsi Communi dentur et assignentur, quos una cum Potestate ejus Vicarius diligenter examinent, et quidquid contra formam praesentis Statuti factum aut scriptum in ipsis invenient, ipsos Cammerarios et notarium in poena contenta in Statutu praesenti debeant condennare, et condennatos exigere pro Communi. Qui libri tempore Cammerlengatus per Notarium reformationum teneantur. Et si quis dictos Cammerarios offenderit durante eorum officio vel post, occasione officij sui, poenam quadruplicem solvere teneatur ac si offenderit familiam potestatis. Qui Cammerarij poena vigintarum librarum, et vinculo juramenti de mandato Priorum, quidquid continetur in ipsis Statutis, quod aliquis recipere debeat a dicto Communi, infra terminum in ipsis statutis contentum, solvere integraliter teneantur, dummodo hoc locum non habeat in aliquibus ad aliquod officium electis si eorum officia, et quae eis commissa fuerint integre perfecerint. Possint namque, et teneantur absque aliqua alia deliberatione, vel ordinamento, cum licentia Priorum dare cartas, ceram et inclaustrum opportunum notariis, et officialibus dicti Communis tam notariis civilium, quam aliis pro omnibus scriptu=

scripturis in eorum officio occurrendis, de quibus praefati Priores apodissam facere teneantur. Inhibentes quod dicti Cammerarii aut aliquis eorum non debent vel dare praesumant notariis civilium, reformationum, damnorum datorum Candelas nec aliquod aliud lumen, et si contrafecerint pro quolibet et vice qualibet in centis libris denariorum condennentur.

Cap: 12
De Electione Notarij Custodiae

Item statuimus et ordinamus, ut bonus status et pacificus dictae Terrae conservetur, et cura vigilis habeatur, quod dicto mense Junii proxime venturi per sex menses proxime venturos incipiendos die vigesimasesta mensis Junii proxime venturi et finiendum ut sequitur; In consilio Populi dictae Terrae eligatur, eo modo et forma, quibus notarius reformationum eligitur, unus bonus et legalis notarius supra custodiam dictae Terrae. Qui notarius teneatur die noctuque fieri facere custodiam per homines dictae Terrae, prout sibi per officiales dictae Terrae fuerit injunctum et mandatum, et teneatur et debeat exigere omnes condennationes factas, et fiendas, et omnes alias executiones facere quae sibi imponentur per Priores, et sic adesse debeat super omnibus et singulis operibus dicti communis, et fieri faciendis tam pro Communi, quam pro adjacentibus prout sibi injunctum et mandatum extiterit per Priores dictae Terrae. Qui notarius juret dictum officium facere bona fide sine fraude, et debeat et teneatur venire ad suum officium exercendum ad Terram Hispelli una die ante introitus sui officij, et stet et stare debeat tribus diebus post suum officium completum, redditurus dicto Communi rationem de administratione sui officij spetialibus personis: et habeat et habere debeat de avere dicti Communis pro suo Salario dictorum sex mensium viginti quatuor Florenos auri, et non plus et de ipso sit contentus. Et si dictus Notarius in dicto suo officio fuerit negligens perdat de suo salario vice qualibet vigintas libras denariorum, et si dictus notarius non acceptaverit dictum

tum

tum officium postquam litere electionis erunt sibi praesentatae, ei nullum jus requiratur ex ipsa electione, et alius eligatur modo praedicto, et finitis dictis sex mensibus ad dictum officium de sex mensibus in sex mensibus, formis praedictis, eligatur, dummodo ad dictum officium nullus qui fuerit familiaris, aut officialis potestatis, vel de Terra unde esset Potestas, vel ejus familiaris aut officialis nullatenus eligi possit; neque ipse notarius possit habitare in palatio. Qui notarius in fine sui officij assignari teneatur, et debeat dare Cammerario dicti Communis, pro ipso Communi accipienti, unam Balistam valoris quadringentorum solidorum, quam in denarium commutari non possit, et ad hoc ut ipsi notario melius pareatur; dicimus: quod ipse possit imponere poenam usque in quantitate viginti rum librarum, et ipsam poenam exigere pro communi praedicto a quolibet delinquente. Addicientes quod unus ex Prioribus dictae Terrae, quolibet sero dum ponuntur et requiruntur custodes, debeat interesse, et sibi dari et tradi facere nomina puntuatorum ad dictam custodiam, et nullus berjulus possit nec debeat facere aliquam custodiam pro aliquo.

Cap. 13
De Vicariis Communis

Item statuimus et ordinamus quod de mense Januarij proxime venturi eligantur per consilium Populi dictae Terrae sex Vicarij: videlicet de quolibet Terzerio duo, et quidcumque factum fuerit per tres ipsorum, vel duo cum agrimensore eorum, valeat et teneat ac si factum foret per omnes; qui Agrimensor habeatur sicut unus de Vicariis in dicto officio Vicariorum, et sit Vicarius una cum aliis, qui Agrimensor eligatur per ipsos Vicarios infra sextam diem postquam fuerint nominati per Vicariis Communis. Qui Vicarii jurent ad sancta Dei Evangelia superesse ad acconciandum, et conservandum in bono Statu vias intus, et extra Hispellum, remittere lapides, ligna, foveas, et alia vijs praestantia impedimenta. Quibus Vicariis aut majori

jori Parti ipsorum, aut tribus ex eis damus licentiam et liberam potestatem definiendi et senaytandi diebus feriatis, et non feriatis omnes quaestiones quae essent inter homines de Hispello occasione viarum, terminorum, senaytarum, et Scicequatoriorum, terrarum de quibus posita sit quaerimonia coram eis, dummodo ipsi Vicarij vel major pars, vel tres ex eis teneantur et debeant ire ad omnes quaestiones ad quas vocati fuerint ex licentia, quam eis ex nunc concedimus, et in hiis quae ad eorum officium spectantur et pertinent poenam et bannum possint imponere usque in quantitatem vigintarum librarum denariorum Communi Hispelli applicandarum et a contrafaciente per Potestatem, aut ejus judicem auferendarum. Si vero quaestio excederet summam decem librarum Potestas, vel ejus judex definitioni dictae quaestionis una cum eis intersit. Quidquid autem per dictos Vicarios fuerit definitum et terminatum, per Potestatem aut ejus Vicarium exequatur. Possint etiam praefati Vicarii vel major pars ipsorum cognoscere de Alveis Molendinorum, et semper, quando eis fuerit opportunum, habeant consilium cum Judice Potestatis qui nullum eis auferat Salarium in aptatibus; et debeant terminare omnes quaestiones ad quas fuerint vocati, et si per aliquem eis esset denuntiatum, quod aliqua via esset aprehensa vel occupata in pristinum statum faciant restituere infra quindecim dies; Etiam dicti Vicarii habeant pro qualibet via; qua iverint ad aliquam quaestionem pro qualibet parte, duodecim denarios pro quolibet, et tamtundem habeat Agrimensor, et hoc locum habeat a Vineis superius, et a Saxo pusatorio inferius; et a Vineis inferius, et a Saxo pusatorio superius duplum. Et habeant unum notarium, qui eligatur per ipsos Vicarios, qui omnes quaestiones definitiones, et praecepta, et quidquid ad eorum officium pertinebit scribat. Quidquid autem pro eos factum fuerit tam in praecipiendo, quam in poenam, et bannum imponendo, et in definiendo sit validum atque firmum ac si fa

ctum

ctum foret per Potestatem aut judicem di=
ctae Terrae. Habeant quoque dicti Vicarii, dum va
dunt ad mittendum terminum, martellum ad de
conciendum, et senaytandum usque illam partem,
quam definire debent; et si Vicarii in praedictis
fuerint negligentes, ipsi et quilibet ipsorum pu=
niatur in decem libris denariorum, cujus banni
tertia pars sit Communis, et duae Accusatoris. Te
neantur et debeant etiam ipsi Vicarii infra quar=
tum diem post inceptum eorum officium dictum
notarium eligere, et unum bonum judicem et lega=
lem, sive judicem ordinarium, sive sufficienter licen=
tiatum de cujus consilio ferant sententias secundum
formam praesentis Capituli, et juris, et si aliter latae
erent, sint ipso jure nullae, et nullius valoris. Qui
judex praestet eis consilium in quaestionibus quae
fuerint coram eis, et habeat Salarium a dictis
Vicariis statutum; Et illud quod ille sapiens ju=
dex, vel persona litterata consulerit in ipsis
quaestionibus terminandis, et definiendis ipsi Vi=
carii facere teneantur, et debeant. Etiam ipsi
Vicarii, vel major pars ipsorum, aut tres ex eis
possint cognoscere definire declarare terminare, et
senaytare sine strepitu et figura judicij, sine o=
blatione libelli omnes quaestiones coram eis ver=
tentes occasione dicti officij, et possint iater non
habentibus dare, et habentibus confirmare de=
clarare per curtius, et minus damnosum ad viam
publicam quae venit versus Hispellum. Si vero ab
eis aliquis senserit se gravatum, possit recurrere ad
potestatem vel ejus judicem. Possint etiam dicti
vicarii, quando irent ad videndum et terminandam
aliquam quaestionem, ire et redire per quascumque
possessiones sine poena et banno, et aliis licentiam
dare eundi cum eis ad videndum et terminandum
ipsas quaestiones sine poena et banno, dummodo ali=
quod damnum non faciant nisi cum pedibus, a=
liquo Capitulo non obstante. Quod officium duret
sex menses, et non plus, et finitis dictis sex men=
sibus ad electionem ipsorum Vicariorum firmi=
ter sedatur, dummodo quod nullus in Vicarium
eligatur qui non sit adcatastatus ad minus in
viginti libris, et qui fuerit Vicarius et No=

tarius

larius ipsorum sex mensibus, aliis sequentibus sex
mensibus vicarius et notarius esse non possit, nec
et Vicarius esse possit cui brisciulus eligendi Vi=
carium ~~eligendi~~ obvenerit, electio, aut facta con
tra formam prædictam non valeat. Cæterum
nullus vicarius nec agrimensor habeat vocem, nec
interesse possit alicui terminationi nec viagio dum
modo quod tangeret eos vel aliquem eorum con
sanguineum usque in tertium gradum, sed per
alios fiat. Etiam dicimus quod dicti Vicarii vel
major pars ipsorum teneantur et debeant dare i=
tinerem omnibus personis habentibus magis pro
pe possessionem ad stradas novas, quibus itur Ca
tranum, ad turrim Mastinellæ, sive ad Pontem
Sancti Andreæ, quam ad alias vias veteres eun
di et redeundi a dictis possessionibus ad dictas
stradas novas dummodo petentes non habeant
viam vicinalem ad viam veterem, capitulo
aliquo non obstante, vel quod aliquis habuerit
aliunde itinerem per loca curtia, et minus da
mnosa versus Hispellum. Si vero habuerit ali=
quis possessionem vineatam juxta alias posses=
siones campivas, et vellet ad dictam suam
possessionem vineatam accedere, et iter pete
ret, volumus quod dicti Vicarii teneantur et
debeant sibi dare iter per possessionem non vi=
neatam, non obstante quod fuerit consuetum
ire aliunde per curtius et minus damnosum
ad viam publicam versus Hispellum, et hoc
locum habeat si possit comode ire per campos.
Addijcientes huic Capitulo quod in Castro Colopi=
ni sint duo Vicarii, qui per Consules dicti Cas=
tri eligantur, qui possint simul quæstiones fi=
nire, et terminare, et terminos immittere a
Saxo pisatorio supra, et omnia alia et sin=
gula facere quæ ad dictum officium Vicario
rum spectant, et possunt Vicarii Communis
Hispelli, forma præsentis Statuti servata

Cap. 14

De Præconibus

Item statuimus et ordinamus quod toto
tempore, quo præsens Statutum durabit, sint
et esse debeant duo præcones in Hispello, et

si aliquis ipsorum dictum officium renuntia-
ret, vel alia justa causa privaretur de dicto
officio per Priores populi, alius idoneus et suf-
ficiens ad dictum officium, major tamen quatuor-
decim annis ponatur et eligatur. Qui praecones
promittant et idonee caveant, et jurent eorum
officium, et omnia ad ipsum spectantia, et
contenta in praesenti Statuto facere, et exercere
bona fide; teneantur quoque et debeant di-
ctum eorum officium continue exercere, et
de dicta Terra Hispelli non recedere aliquo
modo nisi expressa licentia Potestatis et Prio-
rum, et si, quod absit, aliquis rumor insurge-
ret in terra Hispelli teneatur quilibet eorum,
quem expedierit, venire cum tuba ad palatium
potestatis, et priorum, et eis et cuilibet ipso-
rum obedire, et ad nullum alium spetialem,
vel ad alium locum, vel ad domum alicujus
spetialis personae, vel retro aliquod accedere sub
privatione eorum officii, et perditione aeris et
personae. Et teneantur et debeant bannire
per loca consueta communis Hispelli, et quid-
quid, quomodo, et quando eis, vel alicui ipsorum
commissum fuerit per potestatem vel judicem,
aut alios quoscumque officiales dictae Terrae,
vel per dominos Priores et non aliud pro dicto
communi. Et pro qualibet vice qua aliquis
ipsorum fuerit negligens, vel inobediens con-
dennetur per potestatem dictae Terrae in cen-
tis solidis. Et si contigerit quod aliquem ex
dictis praeconibus aliqua justa, et manifesta
causa absentari de Hispello, alii vel alter
ipsorum loco sui possit officium exercere.
Teneantur quoque et debeant facere omnes
sindacatus ad quos fuerint electi per priores,
vel consilium populi dictae Terrae sine ali-
quo Salario, nec ullum Salarium habere
possint salvo quando si missi forent extra Hi-
spellum cum aliquo Sindacatu ad aliquod
agendum habeant Salarium ut alii missi.

. . . .

. Quod salarium eisdem dictis temporibus mo-
do

do predicto effectualiter persolvatur, et de quo sint contenti et plus a dicto Commune qua vis causa petere vel habere non possint. Insuper quidquid dicti praecones vel alter eorum occasione artis eorum, intus vel extra Hispellum lucrati fuerint ipsorum praeconuum commune esse jubemus, detractis expensis, quas per ipsos lucrantes fierent circa lucrum, distribuatur pro rata et communiter inter eos; volumus namque quod dicti Priores si requisiti fuerint debeant tubas ipsorum renovare, et ita facere et curare quod infra annum expensis Communis penitus renoventur. Teneantur quoque et debeant Priores dictae Terrae habere unum Naccharinum, videlicet Mattiolum Guidarelli, cum nacchariis bonis et sufficientibus; qui naccharinus teneatur et debeat servire, et semper, quando absens non erit a Terra Hispelli et ejus districtu, venire ad serviendum in Consilia sicut Tubatores, vel mittere Nepotem ejus et venire semper quando expedierit cum naccaris, et maxime venire semper teneatur in Festo Nativitatis D. N. Jesu Cristi, Sanctae Mariae de Augusto, Paschatis Ressurectionis, et Apparitionis Crucis, et habeat et habere debeat pro ejus salario infra annum in Festo Paschatis Resurrectionis de avere dicti Communis quatuor Florenos Auri, quos Cammerarius dicti Communis teneatur dare in pannis ipsius Mattioli, et ejus indumentis quae sint ejusdem coloris de quo erunt panni Tubatorum dictae Terrae, quos pannos dictus Mattiolus vendere vel suppignorare non possit dicto anno, poena centum solidorum: addicientes quod Priores dictae Terrae non possint neque debeant dare dictis Tubatoribus vel Naccarino, vel alicui eorum, vel dari facere expensis dicti Communis, quoquo modo, Caputea vel aliud indumentum aut res contra formam praesentis Statuti, et si contrafacerent in decem libris denariorum pro quolibet, et vice qualibet condemnentur.

Cap.

Cap. 15

De Bayulis et Praeconibus

Item statuimus et ordinamus quod bayuli dicti Communis Hispelli, et praecones qui pro tempore fuerint, teneantur et debeant omnes et singulas citationes pro Communi tam in civilibus

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

quam extimationem ipsius usque in quantitatem viginstorum solidorum denariorum, et ab inde supra sufficiat probatio unius testis, et praestito dicto sacramento, vel datis dictis probationibus dictus judex statim cogat dictum bayulum ad restitutionem dicti pignoris, vel extimationem ipsius, et si dicti praecones, vel bayuli ipsa pignora vel extimationes ipsorum non restituerent infra mandatum eis factum per Officiales dicti Communis, fidejussores eorum ad restitutionem praedictam effectuare cogantur. Et debeant et teneantur dicti bayuli et praecones pro bonis eorum dativam solvere ut alii Hispellani, et si aliquis dictorum Bayulorum vel Preconuum darent damnum in bonis et fructibus alicujus Hispellani duplici poena puniantur, et contra praedicta aliquo consilio deliberari non possit. Et non possint aliquem accusare vel denuntiare, nisi de ipsorum injuria personali, et de damno dato in bonis et rebus ipsorum, et si contra fieret non valeat nec teneat ipso jure. Et non debeant nec possint dicti bayuli vel praecones aliquem denarium de citatione quam facere debent, secundum formam Statuti, accipere, et non debeant ire nisi unus bayulus solus. Qui bayulus eligendus in montaneis, ut dictum est, habeat pro suo salario duasdecim libras. Praefati vero bayuli in Hispello eligendi, ut supra continetur, habeant, et habere debeant de bonis Communis Hispelli centos solidos denariorum pro quolibet anno et quolibet eorum: habeant et habere debeant praedicti bayuli de Hispello

et

tet bayuli in montaneis unum biretum de camora oro rubeum pro quolibet eorum expensis dicti Communis, et quodlibet biretum ex parte anteriori habeat arma Communis Hispelli, quos biretos ipsi portare debeant vinculo juramenti durante eorum officio publice et non occulte, et qui contra fecerit pro qualibet vice in decem libras denariorum condennetur de facto, et mittatur in cippo Communis, et de prædictis quilibet possit esse accusator, et teneatur secretus, et credatur juramento ipsius accusatoris. Et habeant et habere debeant pro eorum Salario pro qualibet citatione, quam facient ad petitionem cujusque spetialis personæ a Carbonariis Hispelli intus tres denarios, a Sancto Claudio citra sicut trahitur recta fovea, ubi consuetum est cavare arenam, quatuor denarios, pro citatione cujuslibet testis unum denarium: Si fuerint a duobus citra, et pro citatione facta in montaneis pro qualibet citatione sex denarios, et pro quolibet pignore quod accipitur, quacumque causa dato, quod omnes bayulus similiter fecerit tres denarios inter omnes.. Qui bayuli et præcones dum irent ad oppignorandum, vel aliquid aliud faciendum occasione eorum officii non intrent in domo alicujus sine præsentia illius cujus est domus vel duorum testium, et contrafacientes in quingentas libras denariorum vice qualibet puniantur; et pro qualibet tenuta, accepta, et data per aliquem ipsorum bayulorum vel præconum a Carbonariis Hispelli intus tres denarios, et Carbonariis Hispelli extra quatuor denarios ab illo cui dederint, habeant. Et si aliquis dictorum bayulorum mitteretur Trevium, Montefalconem, Cannariam, Asisium vel infra hos confines habeat pro quolibet die viginti denarios, dummodo locum non habeat in Territorio Hispelli, et si fraudolenter moram fecerint nihil habeant. Si vero mitteretur Nucerium vel in dictos confines habeat pro quolibet die duos solides: Aliquis tamen per Potestatem vel ejus judicem seu officialem contra suam voluntatem mitti non possit. Dicimus tamen

quod

quod si ipsi bayuli pro prima citatione civiliter aut criminaliter causæ accipient aliquod pignus a licui, licitum sit reacipere pignus ipsis, et contra talem defendentem procedi non possit. Qui præcones et bayuli citationes ex bannimentis, et omnia in præsenti Statuto contenta facere et exercere possint, et si contenta in ipsis non observaverint, ubi pœna non imponeretur, pro qualibet vice in vigintis libris denariorum exigendis ab ipsis comdennentur, et quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni. Et Potestas teneatur dictas pœnas exigere pro Communi, et si non exigeret perdat de suo Salario decem libras denariorum. Possint etiam præfati Bayuli, et quilibet eorum facere citationes in malis vel damnis datis, ac et in civilibus causis ad petitionem cujuscumque personæ spetialis cum licentia et absque licentia et sine commissione alicujus Officialis, eorum arbitrio, et talis citatio valeat et teneat ac si facta esset mandato officialium communis Hispelli. Teneantur tamen hujusmodi citatioēm statim denunciare officialibus, et tunc habeatur pro plena relatione. Et quia præfati bannitores Salarium percipiunt a Communi pro exbannimentis quæ facerent in Malis, vel dannis datis nihil ab aliqua persona habeant petant vel recipiant, et contrafacientes in quadragintis solidis vice qualibet puniantur, et quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni. Possint quoque bayuli supradicti ubique locorum, non obstante aliquo capitulo, cognoscere et terminare in causis civilibus usque in quantitatem duorum Solidorum, vel de re quæ tantum extimaretur, et si fieret juramentum ab aliqua partium habeant unum denarium. Jubentes expresse quod Matteus Nuti non possit nec debeat esse bayulus Communis Hispelli.

Cap. 10

De Gualdariis Communis

Item statuimus et ordinamus: quod infra quindecim dies mensis proxime venturi, eligantur

tur vigintosquatuor homines, sed de qualibet societate duos, qui sint dicti Communis Gualdarii, in Consilio Populi dicti Communis ad bruscula, dummodo aliquis non eligatur extra societatem suam, et qui extraheret aliquem, et eligeret extra societatem suam in centis libris denariorum condennetur, et habeat quilibet accusator duas partes banni, et qui fuerit gualdarius uno anno, sive bayulus, custos noctis, vel contradæ, aut ad aliquod prædictorum, alio sequenti anno esse non possit, qualiter dictorum officiorum habuerit eligi; et nullus possit esse gualdarius qui non fuerit allibratus in appretio Communis Hispelli a tercentis libris supra, et si eligeretur ejus electio non valeat, et ad recipiendum ejus officium non cogatur. Etiam eligantur duos homines de qualibet contrada de Hispello ad custodiam bonam de fructibus hominum de Hispello. Quorum gualdariorum et hominum duret officium uno anno, et ipso finito pro alio sequenti anno, et sic de anno in annum alii simili modo eligantur. Qui gualdarij teneantur custodire omnes fructus arborum, et aliarum rerum hominum dictæ Terræ, et cujuslibet ipsorum dicto credatur et stetur cum uno teste, dummodo denunptiatio fienda per ipsos vel aliquem ipsorum fiat intra tres dies notario damnorum datorum, quibus elapsis denunptiare vel accusare non possint. Et certa die hebdomadæ custodiant ut damnum non detur alicui, de quo qualibet hebdomada requirant notarium damnorum datorum pro sciendo qua die vadant ad faciendam dictam custodiam. Et ipsi gualdarii et homines prælibati jurent corporaliter, tactis scripturis, eorum officium facere et exercere bona fide sine fraude, et dicti homines salvare et custodire bona et fructus hominum dictæ Terræ, pro ut in præsenti Capitulo continetur, et habeant partem banni ut alii Gualdarii. Tamen non tenentur ipsi Custodes ire post notarium damnorum datorum, nec ipsos cogat ipse notarius pæna decem librarum pro qualibet

vice

vice. Et quicumque fuerit electus gualdarius con=
tradæ sit et esse debeat gualdarius et custos
contradæ, et si in præmissis præfesti homines et
gualdarii fuerint negligentes pæna vigintorum
solidorum quislibet puniatur. Puniantur autem
gualdarii et homines prælibati si ipsorum ali=
quis damnum dederit in bonis alicujus Hispel=
lani; + et potestas faciat etiam fieri unum gual
darium in Novolo, et alium in Lisano, et si quis
ipsorum gualdariorum accusaverit fraudolenter,
et probari per unum testem non possit in vi=
gintisquinque libris denariorum condennetur pro
tertia parte communi, et pro aliis accusatori.
Et ad hoc ut ipsi gualdarii, et homines bene
faciant custodiam bannorum et condenna=
tionum occasione eorum denunptiationis acci=
piendorum et faciendorum habeant quartam
partem banni. Et licitum sit cuilibet de=
numptiare et accusare omnes et singulos, qui
damnum darent, aut damnum dare et face=
re auderent in bonis cujuscumque de Hispel
lo, et habeat partem sicut gualdarii, et cre=
datur ejus dicto, et damnum passo, cum uno
teste

+ duplici pœna qua pu=nientur alii Hispellani

Cap. 17
De Clavibus Portarum

Item statuimus et ordinamus quod in qualibet
Porta Terræ Hispelli sint duæ claves et ser=
raturæ, et in quolibet Cancello dicti Castri una
Clavis; quæ Claves dentur Massariis de His=
pello idoneis et sufficientibus, qui ad alia ser
vitia personalia, dativis dumtaxat exceptis, nul
lactenus teneantur, et nullum alium salarium
habeant a Communi. Et quilibet teneatur a=
perire et claudere portam sibi deputatam,
et Cancellos temporibus condecentibus et oppor=
tunis. Priores tamen teneantur facere aptare
omnes portas vinculo juramenti, et maxime por
tam filiorum Offreduti, Sancti Sisti, et portam
Castelli, sive exitum portarum, sive exitum
Turris vergatæ dicti Castri, et bene murare
ad renam et calcem, et ipsas portas ita bene
aptare et reparare ex parte extrinseca quod
nullo

nullo modo per ipsas vel subter ipsas aliqua persona possit aliquo modo intrare vel exire; ita tamen quod predictae Portae Sancti Sixti, Filiorum Offredutii et Castelli semper clausae et muratae sint et permaneant, et hoc infra octo dies post introitum novi Potestatis, expensis Communis, fiat. Et si potestas et priores in praedictis negligentes fuerint; potestas in centis libris, et quilibet Priorum in quingentis libris denariorum debeant condemnari. Dicimus tamen quod Porta sive exitus Turris vergatae aperiatur et apertus continue maneat. Volumus tamen quod supra Portam Porticellae, et supra Portamclausa, et supra Portam Mastri, muretur media pertica muri ad renam et calcem, et supra ipsis in summitate ipsorum fiant Casellae bene copertae ad faciendam custodiam cum expedierit, et quod in angulo muri Portae Sancti Sixti sive supra ipsam Portam muretur ita quod fiat quaedam domicula sive casella coperta de lastris sive coppis, et etiam fiat quaedam casella dicto modo supra murum Sancti Venturae expensis Communis dictae Terrae, et ubi saepe ponatur et stet Custodia pro Communi, et die et noctu quando expedierit, et usque ad Kalendas Martii proxime venturi fiant, ad quas faciendas sint Supr~~aintendentes~~ estites per priores qui erunt pro tempore, nominandi, qui dictum opus fieri faciant usque ad dictum tempus, et si fuerint negligentes solvant nomine poenae decem libras denariorum Et Priores qui erunt pro tempore teneantur et debeant vinculo juramenti et sub poena praedicta fieri facere dictum opus, Cammerarius dicti Communis de avere Communis solvere cum effectu faciat, et supr~~aintendentes~~ stites praedicti muniri usque ad dictum terminum Hostia dictae Ecclesiae Sancti Sixti, quae sunt in muro dicti Communis sub dicta poena, et in quocumque loco in muris novis dicti Communis, vel veteris dicti Communis, et alibi infra muros [murum] ubi fit custodia fieri debeant et fiant, expensis dicti Communis, usque ad dictas Kalendas, Casellae copertae de lastris sive cuppis et etiam Scalae ubi expedierint,

vedi B' e B'' non punteto

In

in quibus Custodes possint commode custodiam facere. Ad quas fieri faciendas de quolibet Terzerio per Dominos Priores eligatur unus suprainterdens, et qui erit suprainterdens in Terzerio Posterolæ opus, quod dictum est debet fieri, supra portam Mastri fieri faciat usque ad dictum terminum pœna centorum solidorum. Habeant quoque supradicti suprainterdentes salarium eorum, per dominos Priores costituendum, et una cum eis sit suprainterdens Notarius custodiæ, qui vinculo juramenti et pœna centorum solidorum, prædicta fieri facere teneatur ubi facta non sint et expedit. Cæterum omnes fenestræ et hostia prope ipsas portas, tam in muro Terræ quam spetialium personarum prope ipsum murum, et quæ supra portis sint sive supra arcu superiore ipsarum portarum per unam perticam murentur, et murare debeant expensis illorum quorum sunt, quod domini Potestas et priores fieri faciant infra octo dies post introitum potestatis. Potestas vero qui fuerit negligens in præmissis in pœna quingentarum librarum denariorum condennetur. Insuper providemus quod nullus officialis, vel familiaris Potestatis possit, nec debeat habere nec tenere claves Portarum, nec Portanarium aliquem cogere ad dandum sibi claves portarum, et si potestas aut alius suus officialis contrafecerit puniatur, ipse potestas in pœna centarum librarum pro qualibet vice, quas Cammerarius Communis de suo Salario debeat retinere, et nihilominus ipso facto sit ipse potestas privatus officio Potestariæ, et illud idem dicimus de quolibet alio Officiali forensi in dicto Communi.

Cap: 16

De Mensuris Communis

Item statuimus et ordinamus quod mensuræ lignaminis sint novem, et circulatæ circulis ferreis desuper et desupter intus et foris ita quod inglarata sit circulus, et prædictæ mensuræ dentur tribus hominibus sed uni pro Terzerio, et prædictæ mensuræ distribuantur ita quod quatuor sint in Pusterola, tres in Mezota, et duæ in Porta clausa

usa cum quibus mensuretur ad rasum, et rasuræ sint ferratæ sicut olim fuere, et dictæ tales ra=suræ taliter adjustentur quod qualibet sit tan=tæ capacitatis ad rasum et culmum. Et Camme=rarius Communis Hispelli qui pro tempore fuerit teneatur et debeat vinculo juramenti omnes men=suras supradictas grani vel infradicendas, vel no=vem dictas, et aliarum rerum facere et adjus=tare ad modum et formam majoris mensuræ præ=dictæ expensis communis prædicti, et si fuerit negligens et non faceret solvat nomine banni decem libras, in quibus per dominum Potesta=tem condennetur, et quilibet possit esse accu=sator, et habeat duas partes banni, et expen=sas quas dictus Cammerarius propter ea faceret pro expensis legitimis habeantur et solvantur sine aliqua apodissa. Et nullus debeat habe=re ipsas mensuras vel infrascriptas mensuras, et quin habuerit vel retinuerit in sua domo pro=pria vel conducta in quinque annis citra. Quæ rasuræ et mensuræ infrascriptæ, et aliæ sint æquales ut dictum est. Etiam dicimus quod Salma vini quæ nunc est et brocccula adjustetur cum Salma, et omnia barilia quæ portantur adjustentur et sigillentur, et sciau=mentur, et in sigillatione et omnibus sin=gulis circa ipsa barilia faciendis servetur mo=dus et statutus Civitatis Fulginei, et si sta=tutu de prædictis in dicta civitate non es=set, servetur modus consuetus ibidem, et ad prædicta facienda quidam per dominos prio=res eligatur, et quando vegetes sciaumabunt, sciaumentur ad implendum, et non ad extra=endum, et barilia communitatis adjustentur ita quod Salmæ sint vigintarum broccula=rum, et barilia adjustentur ad petitum, et sint tria barilia communis Terræ Hispelli unius et ejusdem tenutæ, et vendantur uni ho=mini pro quolibet Terzerio sed plus offerenti, et quicumque habuerit supradictas mensuras teneatur habere cum dictis rasenis unum par barilium in quolibet Terzerio, et accomodare petenti, et de quolibet sacco accipiat unum dena=

denarium tantum, et de Caldarello Olei unum denarium tantum, et de sciaumo unius paris barilium unum denarium et non plus, pœna centum librarum denariorum pro qualibet vice qua contrafecerit, et quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni, et teneatur secretus; et cum prædictis mensuris teneantur mensurare omnes homines de Hispello, et sciaumare, et qui contrafecerit pœna centorum solidorum pro qualibet vice puniatur, et prædictæ mensuræ omnes pro communi pœnitus vendantur. Et dicimus quod mensuræ olei pœnitus adjustentur, et etiam barilia communis communis, ita quod salma portareccia sit quatuordecim brocculorum, et sigillata sigillo Communis Hispelli; et Cammerarius Communis prædicti ipsas sigillare debeat ipso sigillo, et signum facere in adjustatione ad dictam Salmam, et Potestas infra octo dies post introitum suum faciat prædicta omnia executioni mandare, et qui ad prædicta facienda fieri positi fuerint, si erunt negligentes pœna centarum librarum vice qualibet puniantur. Quæ mensuræ sic adjustatæ manuteneantur per illos qui eas tenebunt, et pro Communi adjustentur. Mensuræ Agrimensorum, ita quod agrimensores habeant similem mensuram, et dictæ mensuræ designentur in Palatio Communis ad hoc ut quilibet possit inde habere copiam. Et potestas intra quindecim dies contenta in præsenti Statuto post introitum suum banniri faciat publice. Et dicimus quod barilia Communis postquam adjustata fuerint, debeant circulari circulis ferreis, et omnes mensuræ tam bladi, quam vini debeant sigillari. De calce autem vendita aliquod pretium pro mensura minime accipiatur, sed unicuicumque sit licitum calcem ipsam per quamcumque mensuram adjustatam, et sigillatam sigillo communis mensurare. Cæterum omnia bladea quæ vendentur ad rasum volumus mensurari, et vendentes qui contrafecerint in pœna decem librarum denariorum pro qualibet raseria volumus condennari per

Potes-

Potestatem dictae Terrae, et similiter bladum quod datur pro fictu ad rasum mensuretur, et quilibet de praedictis possit esse Accusator et habeat duas partes banni. Addicientes quod quilibet qui habebit dictas mensuras bladi debeat in qualibet ipsarum habere raseriam, cuilibet dictarum mensurarum applicatam et ligatam ita quod continue stet applicata, et quicumque vendiderit bladum alicui debeat mensurare ad rasum, et radere cum dicta raseria, et qui habuerit dictas mensuras, et non habuerit dictam raseriam pro qualibet vice et qualibet mensura comdennetur in poena decem librarum denariorum, et qui vendiderit bladum, et non mensuraverit ad grasum, et non raderit cum dicta raseria pro qualibet vice, et qualibet mensura qua contra fecerit in poena decem librarum denariorum comdennetur

Cap: 19

Ut observentur Costitutiones contra Haereticos

Item statuimus et ordinamus quod potestas, et ejus officialis Communis Hispelli qui pro tempore erunt teneantur et debeant observare, et observari facere Costitutiones papales et imperiales, et leges editas contra Haereticos, et ipsas habere et tenere usque ad finem sui officii, nec non ipse Potestas, judex et famuli ipsorum, aliique officiales dicti Communis omnes observare et observari facere teneantur omnia et singula praecepta, quae Inquisitor haereticae pravitatis fecerit et ordinaverit occasione sui officii. Et si officiales in pramissis fuerint negligentes, vel remisi, vel non servaibunt praecepta facta vel fienda per Inquisitores vel alium eorum mandato, officio ipsorum priventur, et a dicto tempore in antea pro potestate et officialibus dicti communis minime habeantur. Decernentes quod omnia Capitula in hoc Statuto et Reformationes Consiliariorum, facta et fienda, impedientia, et impedientias, obviantia et obviantes, officio Inquisitoris directe vel indirecte sint irrita et irritae, cassa

sa et cassæ, et nullius valoris et momenti, et
quicumque non servaverit prædicta suo officio sit privatus, et nihilominus pœnam centarum librarum denariorum incurrat.

Cap: 20

Quod Officiales non habeant familiaritatem cum Terrigenis.

Item statuimus et ordinamus, quod Potestas, judex, notarius et familiares ipsius, et notarius damnorum datorum, et ejus familiaris non habeant familiaritatem cum aliquo Hispellano in comedendo, bibendo, vel ludendo, vel aliquem ludum tenendo in hospitiis eorum officialium, aut alicujus Hispellani, vel aliud aliquid faciendo contra formam praesentis Statuti, et non permittant stare in eorum hospitio extra familiam eorum terrigenam vel forensem, et quotiescumque aliquis ipsorum contrafecerit in prædictis pœna decem librarum denariorum puniatur. Et quicumque Hispellanus mittet exenium alicui ipsorum Officialium pœna centarum librarum denariorum vice qualibet condennetur; Et nullus de Hispello morari debeat cum potestate dum est in officio in Terra Hispelli, nec cum eo familiaritatem habere, vel ejus familia bibendo, comedendo, vel aliqua servitia faciendo pœna vigintiquinque librarum. Et notarius dannorum datorum qui pro tempore fuerit de prædictis inquisitionem facere teneatur, et ad petitionem cujuscumque per accusam vel denunciationem procedat et sententiam ferat, et sufficiat probatio unius testis. Et nihilominus supra prædictis procedere possint et cognoscere Sindaci et Advocationatores, qui erunt pro tempore ad sindacandum, et ad rationandum potestatem et officiales prædictos, et quos invenerint delinquentes in pœnis prædictis condennare

Cap: 21

De non petendo arbitrium

Item statuimus et ordinamus quod Potestas nec aliquid alius officialis prædicti Com=

munis

munis, qui pro tempore erunt petant nec petere possint arbitrium, nec aliquod aliud nomine arbitrij, et aliquod aliud loco Arbitrij recipiant vel recipere debeant per se vel alium, pœna centarum librarum denariorum pro quolibet, et qualibet vice in qua per sindicos, qui eum sindacabunt pro tempora contrafaciens condennetur, et pro communi condennatio exigatur. Et si quis processus factus fuerit vel fieret occasione dicti arbitrii non valeat nec teneat, et si quis contra alligaverit vel dixerit, et notarius qui scripserit in dicta pœna condennentur, et quicumque in consilio hujusmodi proposuerit, vel supra hiis dixerit, aut consulerit in pœna centarum librarum denariorum dicto communi applicandarum condennetur.

Cap: 22
Ut pulsentur Campanæ ad Laudes

Item statuimus et ordinamus, quod Potestas dictæ Terræ teneatur vinculo juramenti convocare et convocari facere omnes Clericos Terræ Hispelli, et ipsos humili suasione rogare quod in eorum Ecclesiis, singulis diebus circa occasum Solis pulsari faciant eorum Campanas tribus vicibus cum intervallo ad laudes ita quod quælibet et qualibet persona possit tribus vicibus salutare Beatam Mariam semper Virginem cum oratione dicenda: Ave Maria &.

Cap: 23
De Castellanis Colopini

Item statuimus et ordinamus quod per quinque annos proxime venturos, die Kalendarum mensis Januarii proxime venturi incipiendos, sit et esse debeat Castellanus Colopini, ille, quem consilium dictæ Terræ eliget, qui sit et esse debeat Castellanus Castri Colopini quatuor menses proxime sequentes die Kalendarum dictarum incipiendos, cum salario quatuor librarum expensis Communis Hispelli sibi solvendo pro quolibet mense. Quibus quatuor mensibus finitis

nitis die penultima quatuor prædictorum men-
sium alium Castellanum pro quatuor aliis
mensibus sequentibus per consilium dictæ Ter-
ræ eligi jubemus, et sic de quatuor mensi-
bus in quatuor mensibus Castellanus dicti
castri volumus quod eligatur. Nullus au-
tem eligi possit pro Castellano qui non sit
adeatastatus in trecentis libris ad minus. Qui
quidem Castellanus det, et dare debeat et tene-
atur idoneos fidejussores de retinendo ipsum Ca-
strum pro ipso Communi, et ad petitionem ipsius
Communis reassignandum ipsi Communi sub illa
pœna quæ placuerit Prioribus qui pro tempo-
re fuerint. In quo quidem castro muri tam
veteres quam novi, Turris magna, et alia mi-
nor, cisternæ, et omnia alia ædificia, et For-
tilitia dicti Castri manuteneantur in statu,
et semper in parte intrinseca et extrinseca
muri; maneat via larga et expedita tribus pe-
dibus ad pedem perticæ, et undique Turres di-
ctas via larga et exgomborata, et sine aliquo
impedimento, prope quem murum nullus facere
possit domum, cappannam, palearium, et aliud
ædificium ex parte exteriori per quinque per-
ticas, et ex parte superiori versus Sanctum Sil-
vestrum sicut trahit domus filiorum Valen-
tij, et ex adverso Area Pucioli Cassiani nul-
lus possit domum, cappannam, palearium, vel
aliud ædificium habere tenere vel facere,
pœna prædicta, quantumcumque distet a muro
dicti Castri, veteri vel novo. Et in dicto mu-
ro veteri nullus possit facere aut habere per
se vel alium hostium fenestram, vel ali-
quod foramen, aut pontem sive arcum de ali-
qua domo extra dictum murum. Et si in
aliqua parte murus dicti Castri caderet, de-
vastaretur, vel aliquod foramen in eo fieret
reaptetur expensis illius, qui juxta ipsum
murum fractum et devastatum teneret, suis
expensis dummodo habeat calcem a Commu-
ni, et semper antiquus murus dicti Castri
duret firmus, et conservetur. Et si Castel-
lanus vel Supraintendens dicti Castri per

homines

homines dicti Castri peterentur, sint expensis eorum, vel satisfiant eis expensis Communis Hispelli. Et nullus audeat vel praesumat lapides vel gittatitium projicere ante Cancellum dicti Castri vel prope per quatuor perticas poena quadraginta librarum pro qualibet salma. Et dicimus quod fossum qui est ante Turrim majorem dicti castri remundetur, et in omnibus praedictis casibus habeatur pro plena probatione juramentum accusatoris dummodo costet de commissis. Alia vero fienda pro munimine dicti castri remaneant in providentia Potestatis et Priorum: omnes vero expensas quae occurrerent fieri in dicto Castro Colopini, ratione etiam aliarum voluntatum communium hominum de montanea Hispelli, fiant communiter per homines habitantes a Saxo pusatorio supra: Salvo quod homines de Tivigliano, et Payda non tenentur ad praedicta, cum aliis oneribus graventur. Attamen qui de praedictis habitantibus habent domum in dicto Castro solvere teneantur medietatem illius quod tangit pro rata, et omnes Cisternae dicti Castri reaptentur, remundentur, et manuteneantur per consortes Cisternae. Insuper ordinamus quod in Castro Colopini, ubi videbitur Massariis et Consulibus ipsius Castri, fiat et fieri debeat una Ecclesia ad honorem Dei, et Beatae Mariae Virginis expensis ipsorum. Commune vero Hispelli det, et dare debeat totam calcem necessariam dicto operi, et hoc Capitulum sit praecisum, et contra ipsum et contenta in eo deliberari non possit per aliquod consilium.

Cap. 24

De Ambasciatoribus eligendis

Item statuimus et ordinamus, quod domini Priores dictae Terrae, qui sunt et pro tempore fuerint, pro factis et negociis dicti Communis, possint et eis liceat quotiescumque opportunum fuerit Ambasciatores eligere

gere et mittere ad quaecumque loca necessarium fuerit, cum salario eis per ipsos Priores ordinando; quod salarium Cammerarius dicti Communis ambasciatoribus, habita apodissa, solvere teneatur. Et Ambasciatores sic electi imbasciatam ad eundem per dominum Potestatem vel ejus vicarium ad requisitionem ipsorum dominorum Priorum effectualiter cogantur nisi esset justa causa impedimenti. Ipsi namque Priores ire in aliqua ambasciata nequeant, pœna decem librarum denariorum pro quolibet contrafaciente, et quolibet vice nisi forte citati fuerint ad Curiam Ducalem, vel mandaretur eisdem per dominum Rectorem ducatus vel ejus officialis, quo casu ire possint expensis Communis; hoc addito, quod alicui Hispellano aut Forensi, ambasciatores dari non possint expensis petentis, dummodo ambasciatores non vadant contra aliquem Hispellanum nisi forte esset ex banditis Communis Hispelli. Et si quis dictorum Ambasciatorum, vel quivis alius qui missus fuerit ad aliquid dicendum vel faciendum in servitium Communis, seu quis fidejussit pro Communi, vel pro communi se principaliter obligaverit, et occasione praedicta aliquod damnum pateretur, ipsi et quilibet eorum, et bona eorum indennia serventur, et expensis Communis juventur. Et si aliquis Ambasciator vel alter missus pro communi aliud diceret vel faceret ultra eis imposita perdant eorum salarium, et in pœna centarum librarum debeant condennari, et nihilominus si damnum aliquod paterentur pro Commune praedictum minime emendentur

Cap. 25

De Electione et Officio Potestatis

Item quia, bono duce, cuncta salubriter gubernentur statuimus et ordinamus, quod pro futuris quinque mensibus incipiendis in Kalendis Julii proxime venturi, et finiendis ut sequitur, eligatur Potestas dictae Terrae

cum

cum Salario predicto, et conditionibus praesenti in
Statuto contentis, vel aliis seriosius adnotatis.
Videlicet quod in principio penultimi mensis of=
ficii praesentis Potestatis, de mandato Potes=
tatis et Priorum dictae Terrae qui tempore
fuerint congregetur consilium ordinis Prioratus
dictae Terrae in Palatio Communis ejusdem Terrae
vel alibi uti dominis Prioribus videbitur in quo
prius bannito, praeconizzato, et deliberato de sero
quo cras fit consilium pro eligendo novo potes=
tate dictae Terrae eligantur duodecim homines
dictae Terrae, qui sint electores Potestatis ejus=
dem Terrae per quinque mensibus supradictis ad
brisciulos hoc modo videlicet: quod pro qualibet
Societate dictae Terrae scribantur tres brisciulos
hoc modo videlicet: elector electoris Potestatis,
et quot erunt homines cujuslibet societatis dic=
tis brisciulis scriptis computatis in dicto consi=
lio, tot brisciuli non scripti mittantur in quo=
dam galerio, quod in manu tenere debeat qui=
dam Fratruum minorum, et palam in dicto
consilio, eunte qualibet societate per se, et
hominibus cujuslibet societatis per se, et divisi
ab aliis, ut vocati erunt ad extrahendos dic=
tos brisciulos, et quidam alius Frater extrah=
at pro quolibet hominum talis societatis
unum bisciulum, et illi tres, quibus dicti
tres brisciuli venerint sic scripti, praestito
sacramento per quemlibet eorum de eligendo
electores Potestatis praedictae Societatis, me=
liorem quem invenerint pro communi omnes
vel ad minus duo ex eis concordes eligant u=
num electorem potestatis praedictae de eorum
societate, non eligendo aliquem ex eis, et si
contrafieret electio non valeat. Qui quidem
duodecim homines sic electi in electores dicti
Potestatis statim per dominos Berruarios
ducantur ad Cameram Priorum dictae Ter=
rae, ubi duo alii berruarii ad hostiam pro
custodia morentur, et nullus electoribus prae=
dictis loqui possit, ubi delato cuilibet eorum
sacramento per Notarium reformationum,
qui jurent ad sancta Dei Evangelia elige=
re

re in potestatem dictæ Terræ pro dicto tempore quinque mensium, utiliorem quem noverint pro communi, bona fide sine fraude; et dicto sacramento præstito habeant potestatem auctoritatem et baliam, eligendi, vocandi, nominandi in potestatem dictæ Terræ pro dicto tempore de quacumque Terra, seu quibuscumque terris eis placuerit ut eis videbitur. Et antequam inde recedant, et alter examen eos loquatur, et eligant tres bonos et idoneos homines, nominandos unum pro primo, alium pro secundo, et reliqum pro tertio in potestatem dictæ Terræ pro tempore supradicto, et quicumque dicto modo per eos omnes, vel octo ex eis concordes fuerint in potestatem electus in primum sit primus Potestas si acceptaverit, et si renunptiavet electus in secundum sit secundus potestas si acceptaverit, sin autem electus in tertium sit tertius potestas dictæ Terræ pro dicto tempore si acceptaverit, ita quod uno acceptante aliis ex ipsa electione jus nullatenus acquiratur. Et quidquid etiam supra hiis per dictos electores dicto modo factum sit valeat, et executioni mandetur ac si factum esset per totum Commune Hispelli. Si vero omnes dicti tres renunptiaverint, duodecim alii electores Potestatis dicto modo et forma eligantur, qui ad dictam eletionem procedant modo et ordine prædictis; et eosdem modos, formas, et ordines observari jubemus in omnibus aliis potestatibus futuris dictæ Terræ; nisi quod ad dictam electionem faciendam de novis potestatibus, finito tempore dictæ potestatis, quæ modo supradicto pro quinque mensibus eligi volumus, pro sex mensibus omnes alii eligantur, et sic ab inde in antea de sex mensibus in sex mensibus, modo forma et ordine prædictis procedatur ad electionem futurarum Potestatum. Electionem vero dictæ Potestatis taliter celebratam, per Sindicum Communis Hispelli ad hoc spetialiter constitutum volumus præsentari tali primo electo in potestatem, quam electionem acceptare

ptare aut renumptiare tenetur infra secundam diem, a die praesentationis sibi factae, et si acceptaverit promittat dictus Sindicus sibi salarium in praesenti Statuto declaratum, et omnia alia faciat, quae in praesenti Statuto declarantur, et si renumptiaret primus praesentet eam secundo, et si secundus renumptiaret praesentet eam tertio, et observentur praedicta. Et cui fuerit hujusmodi electio praesentata si non acceptaverit infra dictum terminum cadat ab omni jure, quod sibi quaesitum esset vel competeret occasione dictae electionis de eo factae. Cum quo Sindico domini Priores eligant et mittant unum ambasciatorem qui sit notarius ad portandam dictam electionem, quam in publicam formam reducat, et scribat praesentationem, acceptationem et renunciaptionem hujusmodi, et omnes alias scripturas ad hoc necessarias, ac et renunciaptio, quietatio, et conventio de salario, et alia opportuna quae in publico tenetur dare et restituere, infra secundam diem postquam reversus fuerit Cammerario dicto Communis poena decem librarum, et praefati Sindaci, et notarius salarium habeant quod per Priores fuerit ordinatum. Officium vero cujus Potestatis cujuslibet dictae Terrae duret sex menses tantum et non plus dummodo locum non habeat pro primo potestate praedicto quem per quinque mensibus tantum eligi volumus et non plus. Et habeat et habere debeat de toto tempore supradicto, pro dicto officio exercendo unum bonum et expertum judicem jurisperitum, unum bonum et expertum notarium ad acta, et unum alium ad executiones, et extraordinaria, octo famulos armigeros, et duos equos, quorum unus sit armiger, quos habere et retinere debeat ad omnem et suum resicum, periculum, et fortunam in veniendo, stando, vel redeundo; de quibus judice, notariis, famulis, et equis Notarius reformationum dictae Terrae quolibet

bet mense teneatur semel inquisitionem facere
et pro quolibet dictorum non invento Cammera=
rius dicti Communis, dicto, facto, de salario i=
psius potestatis retinere debeat quinque libras.
Et habeat et habere debeat Potestas praefa=
tus pro dicto tempore quinque mensium pro
eundo, stando, et redeundo per se, judice, nota=
riis, familiaribus, et equis praedictis sexcentas
libras denariorum perusinae usualis monetae, sol=
vendas per Cammerarium dicti Communis pro
rata pro quolibet mense, et plus recipere
petere vel habere non possit aliqua ratione
vel causa, a Communi, vel spetialibus perso=
nis Terrae Hispelli, et non possit petere plus
salarium, pro=missionem, aliquem famulum
sibi dari vel addi per Commune, poena centa=
rum librarum pro qualibet vice qua contra=
fecerit. Et de hiis vel aliquo praedictorum
in aliquo consilio non possit proponi, deli=
berari, vel quovis modo reformari; et propo=
nentes et Priores permittentes proponi vel
proponentes, et quicumque arrengaverit, vel
consulerit supra praedictis poena centarum
librarum pro quolibet, et qualibet vice com=
dennentur, et occasione predicta Cammera=
rius dicti Communis non possit aliquid de
bonis dicti Communis dare, et si daret non
possit mitti per expensas, et nihilominus
poena vigintarumquinque librarum puniatur,
et notarius qui contra praedicta scripserit
dicta poena puniatur. Debeat Potestas prae=
dictus cum omnibus suis officialibus, fami=
liaribus, et equis ad dictam Terram His=
pelli tribus diebus ante introitum sui offi=
cij accedere, moraturus toto dicto tempore
cum ipsis praedictis in dicta Terra, et non
per procuratorem vel vicarium, de qua non
possit se absentari, nec aliquis de suis of=
ficialibus, et non petat licentiam pro se
nec aliquo dictorum officialium suorum, vel
famulorum absentandi, poena vigintarum=
quinque librarum denariorum pro quali=
bet vice in tempore sui sindacatus, per

adra=

adrationatores ipsius procul dubbio comdennandus, de quo tenentur facere inquisitionem. Et de ipsa licentia concedenda proponi in aliquo consilio non possit, nec et arrengari, et contrafacientes, tam proponentes quam arrengantes, vel consentientes, et Priores praedicta permittentes poena viginti-quinque librarum vice qualibet puniantur. Salvo tamen quod si ipse Potestas missus erit in aliqua ambasciata pro communi se absentari valeat, et per Vicarium data sit licentia per consilium populi quousque in dicta ambasciata morabitur pro factis communis non malitiose morando; et Vicarius sit de familia sua, et potestariae officium exequatur. Finitis vero quinque mensibus suae potestariae, cum omnibus praedictis officialibus, et familiaribus stet et stare debeat in Terra Hispelli octo diebus ad sindacatum, et ad rendendam rationem de administratione sui officii coram Sindacatoribus et adrationatoribus eligendis in forma praesentis Statuti. Qui quidem Sindici praestito sacramento de faciendo eorum officio bona fide sine fraude ad sindacandum, rationandum dictum potestatem et suos officiales possint procedere, cognoscere, et comdennare atque punire summarie, et de facto sine strepitu et figura judicij de commissis contra statutum, quorum sententiae stent tam in absolvendo quam in comdennando, et infra dictos octo dies ipsum potestatem et suos officiles absolvere vel comdennare, et comdennatos exigere pro communi. Quibus potestas qui erit pro tempore circa eorum officium in omnibus vinculo juramenti assistat, ut eos favoret ad posse; ipsi namque potestati secedendi, aut alicui suorum officialium licentia minime concedatur, antequam absolutus vel comdennatus sit, et si daretur sibi non valeat. Immo stare personaliter et non per procura-

torem

torem vel vicarium dictis octo diebus continuis ad sindacandum debeat, redditurus administrationis sui officii rationem, contra quod deliberari non possit per aliquod consilium, et in processu sindacatu hujus praefati Sindici publice in locis consuetis bannniri faciant trinavice = Quod quicumque vult aliquod dicere vel petere contra potestatem, ejusque officiales et familiares infra certum terminum compareat coram eis = Quibus querelantibus faciant plenum jus: Cammerarius namque Communis retinere debeat de salario potestatis centas libras denariorum quas non solvat nisi potestas sit absolutus: De quibus si contingat quod ipse vel aliquis officialis vel familiaris ipsius condennari, condennatio integraliter persolvatur, et residuum persolvatur eidem per Cammerarium praelibatum. Si vero dictus Cammerarius dictam quantitatem aliter solveret per expensis legitimis minime habeantur, et Notarius qui eas scriberet inter expensas in vigintisquinque libris denariorum puniatur, et suo officio sit privatus, quam condemnationem de ipso faciendam, potestas qui tunc erit poena quingentarum librarum denariorum statim tenetur exigere pro Communi. Potestas namque praefatus, vel aliquid ejus domesticus, familiaris, vel affinis usque in tertium gradum, nec aliquis ejus forensis pro communi dicto, vel ejus nomine in aliquem exercitum vel cavalcatam ire neque at pro vexillifero vel capitaneo ad poenam ipsi potestati auferenda pro qualibet vice centarum librarum; et priores hiis consentientes tacite vel expresse, et quicumque contra praedicta avvengaverit. simili modo puniantur, et notarius qui scripserit suo privetur officio, et pro falsario habeatur; de quibus quislibet possit esse accusator et habeat duas partes banni. In quibus

poenis

poenis, et omnibus in praesenti Statuto, et in aliis contentis, Sindici, et advationatores potestatis praefati culpabiles tam cum accusatione quam sine debeant condennari. Judex vero vel aliquis ejus officialis ad aliquod officium exequendum cum cummissione ex forma praesentis Statuti, in dicta Terra eligi non possit, et si eligeretur ejus electio non valeat, immo ipse jure sit nullius valoris. Nullus vero de Hispello in potestatem dictae Terrae eligi possit, nec esse potestas Terrae Hispelli; et nullus qui fuerit potestas dictae Terrae ab uno citra hinc ad duos annos proxime venturos in potestatem dictae Terrae eligi non possit, et quicumque erit potestas in annum ad dictum officium nullatenus eligatur; et si dicta electio de praedictis contra formam praedictam fieret, non valeat, immo ipsam ex nunc prout ex tunc decernimus esse nullam, et nullius valoris, et quod illi tali electo jus aliquod, vel actio non acquiratur; et si qui contra praedicta arrengaverint, et notarius qui scripserit, et priores qui praedicta proposuerint, vel eisdem commiserint in poena centarum librarum pro quolibet condennentur per potestatem dictae Terrae, qui ipsas condennationes statim tenetur exigere pro communi, et nihilominus Notarius et Priores eorum officio sint privati, et dictus Notarius pro falsario habeatur. Potestas vero dictae Terrae omnia et singula ad suum officium spectantia, et sibi commissa in forma alicujus Statuti dictae Terrae, vel comittenda in posterum pro Communi praedicto exercere, poena jam in praesenti Statuto contenta, et exequi effectualiter tenetur. In fine vero sui officij de suo proprio unam balistam bonam et fortem valoris trium librarum denariorum, et unum pavese ad arma sua ad poenam extimationis praedictae, quam Cammerarius de ipsius Salario debeat retinere, ipsi Cammerario pro ipso Communi recipienti, dare effectualiter tenetur. Qui quidem Potestas

ea

ea die qua Hispellum venerit, antequam de equo descendat, delato sibi Sacramento per notarium reformationum dictæ Terræ, jurare tenetur ad Sancta Dei Evangelia, tactis scripturis, et principaliter ad honorem Sanctæ matris Ecclesiæ, suorum Pastorum, rectoris ducatus, et suæ Curiæ, Civitatis Perusii et Spoleti; augumentare honorem, statum, et pacem Terræ Hispelli, totis viribus observare ad malum, mortem, et destructionem omnium inimicorum eorumdem, nec non omnes et singulas leges papales, et municipales factas et fiendas contra hæreticos, et patarenos, et eorum complices et sequaces, omnesque alias costitutiones papales factas, ordinatas reformatas, dicti Communis factas et fiendas: Laudumque seu arbitrium latum et datum quod per ambasciatores Civitatum Perusii et Spoleti plenarie observare et observari facere; Officium Priorum populi, Centorum=septuagintaquinque, Consilium populi, et alia officia dictæ Terræ manutenere et facere manuteneri: Omnibus facere plenum jus; Bona, jura, possessiones et res dicti Communis reinvenire ad posse, et non permittere quod bona dicti Communis contra formam præsentis Statuti expendantur, non petere in dicto officio, vel alio refirmari, et stare contentus supradicto suo Salario: Et credentias sibi imponendas in præjudicium dicti Communis non pandere, et omnia alia et singula facere, quæ tenetur ex forma alicujus Statuti dictæ Terræ. Similiter sui Officiales ibidem jurent, officia eis committenda, et commissa per formam præsentis Statuti facere bona fide sine fraude. Addicientes quod Potestas teneatur et debeat pro suo salario accipere Florenos a Cammerario Communis pro illo prætio vel numero pro quo accipitur Hispelli tunc tempore Solutionis fiendæ ipsi Potestati.

Quod statutum tolli non possit ~~per~~ con

silio

 silio aliquo, scilicet totaliter sit praecisum.

Laus Deo

Finis

Primi Libri

Index

Libri Primi

De Statutis, Officiis, et Officialibus in genere

"	"	Formula, Principium, et Nomina illorum qui positi fuerunt ad Statutum fiendum	Pag	1
Cap.	1	Ut cassentur Statuta contra Ecclesiasticam Libertatem	"	2
"	2	Ut Statuta observentur et de modo renovandi	"	2
"	3	De Societatibus	"	4
"	4	De Consilio ordinis et Populi Hispelli	"	6
"	5	De Officio Trecentorum	"	8
"	6	De electione et officio Priorum	"	16
"	7	Quod nullus Clericus sit officialis	"	23
"	8	De Adrationatoribus eligendis	"	23
"	9	De modo Propositarum fiendarum	"	24
"	10	De electione, et officio Notarij Reformationum	"	25
"	11	De electione et Officio Camerarij	"	27
"	12	De electione Notarij Custodiae	"	30
"	13	De Vicariis Communis	"	31
"	14	De Praeconibus	"	34
"	15	De Bayulis et Praeconibus	"	37
"	16	De Gualdariis Communis	"	39
"	17	De Clavibus Portarum	"	41
"	18	De Mensuris Communis	"	43
"	19	Ut observentur Costitutiones contra Haereticos	"	46
"	20	Quod Officiales non habeant familiaritatem cum Terrigenis	"	47
"	21	De non petendo Arbitrium	"	47
"	22	Ut pulsentur Campanae ad laudes	"	48
"	23	De Castellanis Colepini	"	48
"	24	De Ambasciatoribus	"	50
"	25	De electione et officio Potestatis	"	51
–	–	Index primi Libri	"	60

Incipit Liber Secundus
~ de Maleficiis ~
Cap: 1
De Pacibus fiendis

Item statuimus, et ordinamus, ut omnis scandali, divisionis origo inter homines dictæ Terræ, et in ipsa Terra materia tollatur: quod Potestas dictæ Terræ habeat liberum arbitrium, et plenam potestatem, auctoritatem, et baliam inter omnes homines de Hispello de quibuscumque inimicitiis, et injuriis quomodocumque factis faciendo fieri pacem, treguam, seu aliam provisionem pro statu et pace Hominum dictæ Terræ ut videbitur convenire sub pœna adjectionibus, fidejussionibus, cautionibus et obligationibus de hujusmodi observandis. Quibuslibet pacibus, treguis seu aliis provisionibus et intersit Sindicus Ecclesiæ Romanæ cum pœna stipuletur ut pacificatoribus videbitur, et placebit. Quævis aliæ cautiones adibehantur ita quod treguæ, paces seu promissiones hujusmodi perpetuo observentur. Si quis vero pacem, treguam, seu aliam provisionem ut ei injunctum fuerit per dominum Potestatem facere recusaret seu facere nollet, per ipsum Potestatem qui pro tempore fuerit summarie, et dicto facto absque alio processu ejus arbitrio puniatur.

c. 49v

Cap: 2
~ De non contendendo pro Partibus et non reiterando injuriam

Item statuimus et ordinamus, quod nullus audeat vel præsumat reinfaciare, vel reimproperare alicui aliquam injuriam sibi factam dictam vel commissam per tempore brigæ, citra occasione ipsius brigæ: neque dicere seu nominare vel contendere = Tu es vel ego sum de parte inferiori vel superiori, aut alicujus ~~spetialis~~ partialis personæ, nec pro ipsis partibus aliquatenus ~~contranominare~~ quibronare ~~et~~ aut dicere = Tu missisti ignem in tali loco, vel tu accepisti mihi talequid, ~~aut~~ vel tu duxisti exercitum, vel tu expulisti me de Terra, aut fecisti mihi talem injuriam

(1) B'' omette non
(2) B' infaciare
(3) B'' reimproperare
(4) B' dixisti

rium, seu minatus fuisti mihi tempore brigæ, vel se vantare dicendo = Ego feci tibi tale quid aliquam injuriam nominando, aut quod ei te simile facto seu dicto tempore brigæ facere aut dicere ei te recordare, ad pœnam decem librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice committendam in quolibet prædictorum casuum vel aliorum

Quid ① B' omette quod

Cap: 3
De Blasphemantibus Deum et Sanctos

Item statuimus et ordinamus quod nullus Terrigena, vel Forensis in Hispello vel ejus districtu audeat vel præsumat blasphemare Deum vel Virginem Mariam ejus Matrem dicendo, maledictus sit Deus, vel Virgo Maria ejus mater, et si contrafecerit solvat nomine banni pro qualibet vice decem libras denariorum. Si vero ipso vel aliquis eorum blasphemaverit dicendo = de l'anno sia Dio o la Madre = comdennetur qualibet vice in centis solidis denariorum. Et quicumque malediceret Sanctos, vel Sanctas Dei seu aliquem ipsorum comdennetur in centis solidis denariorum pro qualibet vice, et quicumque dixerit = de l'anno sia li Santi o alcuno de Essi = comdennetur in vigintis libris denariorum, et in tantundem si aliter blasphemaverit. Et si aliter blasphemaverit Deum vel Virginem Mariam quam quod dictum est comdennetur in centis libris denariorum. Et quicumque juraverit per Corpus, vel Sanguinem Dei, vel Matris ejus, vel alicujus Sancti vel Sanctæ, vel per aliquod membrum ipsorum, aut alterius eorum comdennetur in vigintis libris denariorum pro qualibet vice, et quilibet possit esse accusator de prædictis, et habeat duas partes banni. Et nihilominus Priores singulis duobus mensibus eligant duos bonos homines de qualibet Societate ad denuntiandum contra prædicta committentes, et stetur, et credatur relationibus eorum cum dicto

C. 50r

② B' omette eos

unius

unius testis idonei. Et quolibet mense Potestas de praedictis teneatur facere inquisitionem per Tabernas, et inventos culpabiles condemnare in poenis praedictis. Et quod de mense Martii proxime venturi Cammerarius dicti Communis fieri faciat, poena centum Solidorum, unum Cippum, expensis Communis, in quo denumptiator culpabilis praedictorum, sine nomine suo mittat cedulam aliquorum committentium, contra praedicta, vel aliquod praedictorum, et nomen testis scientis, cujus nomen teneatur secretum, et singulis XV diebus idem cippus positus in Palatio Communis Hispelli aperiatur, et iuxta formam praedictam contra culpabiles procedatur.

c. 50r

Cap: 4

Ut nullus addat vel minuat contenta in praesenti Capitulo quarto.

Item statuimus et ordinamus, quod nullus audeat, vel praesumat in praesenti volumine Statutorum ponere vel minuere, scribere aut cassare, poena V librarum denariorum, et si pro praedictis commune Hispelli aliquod damnum pateretur, vel sustineret, dictum damnum emendare teneatur, et illud corrigere. Et si aliquod dubium in praesenti Statuto reperiretur, habita voce Notarii scribentis, hoc statutum pro voce unius Notarii adscribentis pro interpretationem dicti dubij et declarationem Statuti recurratur. Dummodo hoc Capitulum Capitulo quod loquitur de ~~Officio Terentum, sive Centumseptuagintaquinque~~ de CLXXV, ~~et~~ Prioribus dictae Terrae possit minime derogari.

Cap: 5

Contra Proditores

Item statuimus et ordinamus quod Nullus de Hispello aut ejus districtu audeat vel praesumat contra Commune Hispelli aliquod prodimentum facere vel inferre, vel ipsi prodimento adsentire, seu concedere, dare, vel submittere vel vendere quovis modo alicui Communitati, seu speciali personae, nec pro aliis

c. 51r

dictis

dictis modis recipere, ~~aut~~ vel emere aliquam Turrim, ~~seu~~ vel Roccam, Castrum, Fortilitiam seu tenutam, sive terminos ~~aut~~ vel aliquid quod esset dicti Communis, intus vel extra Hispellum ~~aut~~ vel in districtu ipsius, ~~aut~~ vel Commune prædictum haberet, facere, tam in corrumpendo, quam in symoniam, dando vel symoniando subtrattive vel exemplando de libris Communis prædicti sine consensu et voluntate Priorum dictæ Terræ, ~~aut~~ vel stando cum Proditoribus et Rebellibus dictæ Terræ, seu non permittere officiales dictæ Terræ et Communis pro Communi missos mutare in locis prædictis, vel non recipere ~~ipsos~~ illos, tam ~~quoque~~ quam officiales dicti Communis; ~~aut~~ vel tempore, quod absit, cum inimicis Communis Hispelli, moram trahere, seu partecipare cum eis, vel eis grasiam præstare, seu mittere ~~aut~~ vel recipere. Et qui contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit, ~~aut~~ vel ~~corrupuerit~~ contra ivenit, ~~aut~~ vel præsumpserit contra, ire in mille libris denariorum condenpetur, et omnia bona ipsius destruantur, et devastentur, et sic destructa et devastata remaneant Communi Hispelli perpetuo confiscata. Et contra eum ~~et~~ quam tam contra rebellem Communis Hispelli per potestatem vel ejus Vicarium et Officiales possit de jure procedi tam in puniendo, quam in condennando, et exequendo condennationem ~~aut~~ vel sententiam de omnibus et singulis supradictis. vel post sententiam tam per inquisitionem quam per denunptiationem ~~aut~~ vel accusationem, et unamquamque, seu quamlibet earum, qualitercumque eis placuerit, non obstante aliqua solemnitate juris obmissa, vel non servato aliquo capitulo, ~~aut~~ vel costitutione in contrarium editis ~~et~~ vel edendis, quibus per præsens volumen derogamus, et idem dicimus contradantes in prædictis auxilium et favorem. Et nihilominus talis proditor, ~~et~~ vel qui prodimentum fecisset ex parte exteriore depingatur in palatio Communis Hispelli versus Plateam,

c. 51r

(1) B' signum non obstante
(2) B' derogamus

et

et si Potestas in premissis, vel aut aliquo premissorum fuerit negligens vel aut remissus, perdat Salarium suum totum, et nihilominus successor suus predicta (1) facere teneatur; dummodo hoc non vindicet sibi locum contra illos qui hactenus vendidissent vel aut contempsissent aliquas petias Terrarum non adjudicaturum, vel aut adjudicari possint, et non pertineant dicto Communi, et non habeat locum contra vendentes usque in quantitatem trium modiolorum terre tempore preterito, vel scilicet quidquid sit faciendum de istis talibus remaneat in providentia Consilii Populi dicte Terre, et Potestatis dummodo predicta non sint infra confinia serayta rum. Etiam dicimus quod illi habeantur pro proditoribus Communis Hispelli, et illi qui starent, vel aut morarent, vel aut aliquo (2) aliquo quocumque modo conversarentur, vel prestarent auxilium consilium vel favorem cum illis, vel illis, qui essent inimici proditores, et rebelles communis predicti, vel aut quacumque de causa ad eos irent. Quod locum habeat in presenti Statuto et futuris, et Potestas teneatur de predictis facere inquisitionem infra unum mensem post introitum sui officii, et sufficiat probatio fame publice, si probata fuerit publica fama per decem testes, et habeatur pro plena probatione; et si qui (B) processus et vel exbannimenta facta erunt contra aliquos occasione predictarum sint rati, et firmi: Et infra octo dies post introitum potestatis fiat unus Sindicus pro Communi, qui debeat concedere et vel locare ad affictum sive continuum (3) bona omnium supradictorum plus offerenti. Et nullus presumat intrare dicta bona, nec vel ipsa laborare, vel aut alicui de fructibus ipsorum rendere reddere nisi Communi prefato, sine licentia sindici Communis predicti sub pena CC ducentarum librarum denariorum pro qualibet vice qua contra fecerit in futurum, Et dicimus quod in exemplando hoc capitulum valituro valeat et in perpetuo sit precisum, et pro preciso habeatur, et contra ipsum, et in eo contenta non possit de libe=

Margin notes:

+ sub pena

b (1) B' omitti predicta

c (1) B' dum tamen

d (2) B'' aliquo vel magis ... richiamo. B' aliquo quocumque modo

c. 52r

a (3) B' nisi captivini

liberari, et trahatur ad præsens præteritum et futurum

Cap 6

Ut nullus vendat possesionem in confinibus

Item statuimus et ordinamus quod nullus præsumat vendere vel alienare modo aliquo aliquam possessionem alicui qui non sit jurisdictionis Terre Hispelli infra confines, vel prope per medium miliare, sub pœna quincentis libris denariorum, et qui contra fecerit in dicta pœna condemnetur, et de suo Catasto elevari non possit, et notarius, vel alius quivis licteratus, qui dictam possesionem sic venditam levaret de catasto vendentis in quingentis libris condemnetur, et condemnationem exigatur pro communi, et potestas teneatur de prædictis inquirere, et inquisitionem facere, et repertos culpabiles condennare in pœnis prædictis, et contractus inde factus vel faciendus sit ipso jure nullus, et nullius valoris auctoritate præsentis Statuti, et nullum jus per ipsum contractum, aut alium quodcumque factum recepti vel stipulati acquiratur, quinimo res vendita applicetur Communi; et si potestas fuerit negligens in prædictis perdat de suo Salario centas libras, quas Cammerarius dicti Communis debeat retinere penes se pro dicto Communi

c. 52v

(1) B'' omette et — communi

(2) B' et contractus — Communi in margine con segno richiamo - B'' omette.

Cap. 7

Quod fiant condennationes per Potestatem

Item statuimus et ordinamus quod potestas dictæ Terre, qui nunc est vel pro tempore fuerit, faciat condennationes omni mense, aut absolutiones super accusationibus, denumptiis, aut inquisitionibus, et quibusvis aliis processibus supra quibus fieri debent. Et si non fecerit in centis libris condennetur, et nihilominus Sententiæ postmodum datæ valeant et exequantur ac si datæ essent de dicto mense

Cap.

De Possessionibus Communis conservandis

Item statuimus, et ordinamus quod to=
tum terrenum Communis, quod est in pla=
nitie et in montanea adjudicatum Commu
ni Hispelli tam in plano, quam in monte
per quoscumque Potestates ~~aut~~ vel judices ~~aut~~ vel
aliquem eorum sit et esse debeat Commu=
nis Hispelli, et potestas, judex, et notarius
ceterique officiales ~~dicti~~ praedicti Communis tam prae
sentes, quam futuri teneantur et debeant
vinculo juramenti ipsum terrenum conserva
re et conservari facere et manutenere pro
ipso communi, et non permittant quod a=
liquis ~~dictum~~ ipsum terrenum apprehendant in
totum ~~aut~~ vel in partem aliqua ratione ~~aut~~ vel
causa. Et si aliqua persona ecclesiastica
~~aut~~ vel secularis Commune Hispelli turbaret
~~aut~~ vel molestaret in dicto terreno intrando,
vel tenutam capiendo in possessione terre=
ni praedicti, palam ~~aut~~ vel occulte ~~aut~~ vel alio
modo: Potestas, judex, et officiales dicti
Communis ceteri ad posse, et totis viribus
resistant tam in judicio, quam extra, et
in quolibet loco. Et si quis laboraret
in dictis terrenis et possessionibus sine
licentia potestatis ~~aut~~ vel aliorum officialium
pro qualibet vice puniatur, et condennetur
in ~~tercentis~~ CCC libris denariorum. Et quicum=
que in dictis possessionibus incideret aut in=
cidi faceret a pede arbores existentes in
possessionibus supradictis sine licentia prae
dictorum potestatum ~~et~~ vel officialium Com=
munis puniatur arbitrio potestatis qui pro
tempore fuerit, de quibus Potestas dictae
Terrae in primo mense sui regiminis tenea
tur de praedictis facere inquisitionem, poena
~~vigintaquinque~~ XXV librarum denariorum, quas
Cammerarius dicti communis debeat de suo
Salario retinere; Et si quis dederit in ~~di=~~
~~ctis~~ arboribus damnum in centis solidis de
nariorum condennetur. Salvo et reservato quod

Ficta=

(Margin notes: B' communis; C. 53r; Communis praedicti! B'; B' omittit quis; B' inciderent; B' facerent; B' puniantur; B' omittit damnum; C. 53v)

Fictajoli qui habent dictas terras in quibus sunt arbores si expedaverint aut a pede inci=derint pœna triginta librarum punian=tur. Et si aliqua persona laboraverit de dic=tis terrenis pro Communi, et vocaretur propter ea ad aliquam curiam, teneatur Commune Hi=spelli reficere et emendare omnia damna, et expensas quas fecerit aut substinuerit in curia sive extra: quocumque modo et ipsam personam omni tempore conservare indennem ab omni pœna et banno. Et hoc statutum vindicet sibi locum contra notarios, turbatores, et capien=tes tenutam de dictis possessionibus, aut ali=quam earum; et qui fecerit instaurum, vel u=sum tenutæ; Etiam dicimus quod quicum=que habet a dicto Communi, vel Sindico ip=sius aliquam possessionem adjudicatam ipsi Communi, non debeat illam alteri quam de Hispello locare dare aut concedere pœna pro qualibet vice decem librarum denariorum, et locatio non valeat, nec cessio vel conces=sio sed sint cassæ et irritæ ipso facto. Et quodcumque fecerit Sindicus dicti Communis ad locandum possessionem dicti Communis, non debe=at ipsas locare nisi prius deliberetur in Consi=lio populi, per quantum tempus debeat locari, et si aliter locaretur locatio non valeat nec teneat. Et si aliquis Sindicus terminaverit aut terminabit possesiones dicti communis fra=udolenter missis terminis, aut mitteret dimit=tendo terrenum communis prædicti condem=netur dicto communi in centis libris dena=riorum. et teneatur reficere damnum quod occasione prædicta sustineret, et hoc locum habeat in præteritis a decem annis citra et præsentibus et futuris. Et qui erit Sin=dicus Communis prædicti teneatur recipere tenutam de omnibus possessionibus commu=nis et communi adjudicatis tam in plano quam in montanea, et de his fieri facere publica in=stituta infra octo dies post talem tenutam. Et potestas qui erit pro tempore, tenea=tur, et debeat vinculo juramenti infra quin=

decim

(1) B' expedaverint
(2) B' inciserint
(3) Cioè anche B'
(4) B' rei ipsi [illegible]
(5) B' communis
(6) B' omette prod
(7) B' adiudicata

c. 54r

decim dies post ejus introitum ~~publice~~ particulariter ratio-
nare omnes Cottumajoles communis, et omnes
alios, qui paludem, montem, molendinum,
stradam seu pedagium, vel mensuras Com-
munis emerint, et illos qui emerint Gabel-
lam ~~aut~~ vel doganam vini, et faciat Com-
muni praedicto totum illud integre resti-
tuere, quidem dictis de causis restituere
teneantur, et incurrat totius Salarii et per-
jurii poena; dummodo praedicta non vindicen-
tur contra illos qui docebunt de absolutio-
ne sive quietatione, si quas habuerint de prae-
dictis, ~~aut~~ vel aliquo praedictorum. Et insu-
per volumus quod quicumque habet tenet
vel possidet aliquas possesiones Commu-
nis teneatur et debeat infra ~~decem~~ x dies
post bannimentum fiendum pro parte po-
testatis, quod fieri faciat de mense Janu-
arii proxime venturi Cammerario Commu-
nis reassignare et si non fecerit in ~~vigin-
tis quinque~~ xxv libris denariorum comdennetur,
et quilibet possit esse accusator et ha-
beat duas partes banni, quod bannimentum
scribatur per notarium maleficiorum. et di-
ctus Cammerarius scribi faciat dictas pos-
sesiones et registrari per notarium reforma-
tionum nullo salario habito in publico
quaterno cartae pecudinae. Dummodo hoc
locum non habeat ~~in~~ contra illos qui possident
possesiones de quibus solvunt et solverentur
affictum annuatim dicto Communi. Et
hoc Capitulum sit praecisum contra quod
consilio aliquo deliberari non possit.

Cap. 9

Quod Potestas nec aliquis ejus
Officialis + Communis non auferat
Pignora

+ ~~aut~~ vel alter Officialis

Item quod Potestas Terrae Hispelli, No-
tarius damnorum datorum, ~~aut~~ vel aliquis Officia-
lis dicti Communis, vel eorum familiares pi-
gnora ~~aut~~ vel denarios non possint auferre ~~aut~~ vel a-
liquod aliud nisi ~~in~~ quantitatem in qua de-
beret comdennari malefactor pro maleficio com-
misso

c. 54v

missio; dummodo contra illos contra quos pro=
cessit per accusationem vel denuntiationem
possit ipsos gravare, condennare, et exbanni=
re, ut infra dicetur in capitulo de debitis sol=
vendis. Ceterum idem potestas, judex vel vi=
carius non possint aliquem confinare ultra
~~triginta~~ XXX milliaria, sed infra confinare possit
pro delicto ubicumque sibi placuerit confi=
nato, dum confinatus non teneatur stare ad
dicta confinia ~~quindecim~~ XV dies, computatis die=
bus in eundo et redeundo. Pro verbis nam=
que injuriosis confinare valeat infra quinque
milliaria a Terra Hispelli, et non ultra ad
locum in quo placuerit confinato, qui con=
finatus ultra quatuor diebus ad confinia
stare minime ~~cogatur~~ constringatur. Et si dicti tales confina=
ti, non habent licentiam redeundi a dictis
confinibus possint absque licentia redire, et
ad bannum nec ad poenam nullatenus te=
neantur, non obstante aliquo precepto eis
facto per dictos officiales ~~aut~~ vel aliquem eo=
rum; et si contrafecerit potestas solvat no=
mine banni centum libras denariorum, et non
possit aliquem gravare, nec fidejussorem, nec
facto dicta de causa, vel alia quacumque. Dum=
modo hoc capitulum non vindicet sibi locum
in confinibus dandis illis, qui molestaverint
vel molestare presumpserint Commune His=
pelli contrahendo ~~aut~~ vel laborando possesiones
Communis Hispelli in possessione ~~aut~~ vel terre=
no communi adjudicato; sed dicto casu Potes=
tas ejusque officiales dictos tales delinquen=
tes possit gravare in pignoribus, et denario,
et mittere ad confinia quo voluerit, et ibi
retinere eosdem et stare facere ad confinia
quantumcumque, et sicut ei placuerit. Sal=
vo et reservato, quod potestas sua cum Priori=
bus dicte Terre possint et eis liceat con=
finare quemcumque seu quoscumque eis pla=
cuerit quacumque de causa, et pro quanto
tempore eis placuerit, et fidejussiones et
alias cautiones recipere, et poenam impone=
re usque ad quantitatem ~~centum~~ C libra=
rum

B' denumptiatum

C. 55r

B' injuriosis

B'' dies

C. 55v

rum denariorum. Dummodo hoc capitulum præjudicare non possit Statutis, Legibus, et Capitulis loquentibus contra turbantes bonum et pacificum Statum (1) Hispelli

(1) B'' omette statum

Cap. 10

De Citationibus et Citatis.

Item statuimus, quod si potestas fecerit aliquem citari pro aliqua causa civili, et citatus per [personaliter] aliqua vice fuerit inventus, et non comparuit [erit] solvat quatuor solidos denariorum, et nihilominus contra talem citatum non comparentem procedatur sine [secundum] ordine juris, et si publice [personaliter] inventus non fuerit non solvat bannum sed contra eum procedatur tamquam contra contumacem. Pro maleficio si quis fuerit bis citatus et non comparuerit potestas aut [vel] judex possit et debeat eum poni facere in banno dictæ Terræ, et ejus districtu, dato ei termino trium dierum, infra quem terminum si non comparuerit potestas, vel judex procedat contra eum tamquam [contra] confessum. Si vero occasione damnidati aliquis citatus fuerit semel publice [personaliter] et non venerit habeatur pro confesso. Et notarius maleficiorum, [statim] volentes se excusare, præsenti accusatore, faciat litem contestare, et jurare de Calumnia; et similiter faciat notarius damnorum datorum non obstante aliquo capitulo, aut [vel] obstaculo juris. Salvo semper quod hoc capitulum non præjudicet nec derogare possit Capitulo de debitis solvendis. Volumus tamen [autem] etiam quod si quis fecerit aliquem citari et non venerit infra terminum solvat quatuor solidos denariorum, et reficiat integre ipsi citato, si comparuerit damna et expensas. Addicientes quod citationes quæ fierent in maleficiis, sive in damnisdatis, et quæ factæ essent diebus feriatis valeant et teneant. Et judex et notarius damnorum datorum possint (2) citationes mittere diebus prædictis, et valeant et teneant pleno jure. Addicientes enim, quod citationes quæ fierent

c. 56[r]

(2) B' possit.

fierent in Malefiiciis, ~~in~~ et Damnisdatis, et ~~in~~ Civilibus fieri debeant presente uno teste, qui testis non sit bayulus, et si aliter fieret non valeat nec teneat.

Cap: 11
Quod Potestas possit procedere in Maleficiis

Item statuimus quod potestas possit procedere in maleficiis et damnisdatis per inquisitionem ex suo officio tam cum accusatione quam sine, vel denunptiationem, aliqua recepta probatione secundum formam Statuti uniuscujusque Maleficii, diebus feriatis et non feriatis non obstante Capitulo praedicto sub Rubrica de modo comdennandi, et non obstante quod Solemnitas juris fuerit obmissa vel non, et de omnibus furtis commissis a tribus annis citra computandis. Deinceps potestas possit contra delinquentes per inquisitionem procedere. De omnibus vero aliis quibuscumque maleficiis, ~~quibuscumque~~ modo factis, et commissis, de quibus facta comdennatio vel absolutio non esset, potestas vel ejus judex ~~potest~~ inquirere ~~sed in~~ formam Statuti; dummodo hoc Capitulum non vendicet sibi locum in maleficiis commissis ~~aut~~ vel committendis per ~~parentes~~ patrem, sive matrem in filium, per fratres in fratres ~~aut~~ vel sorores cognatam, nurum, et soceram simul ~~aut~~ vel divisim habitantes, quo casu non possit procedi nisi cum voluntate ipsorum; Salvo semper aliquo Capitulo de furtis; Et dicimus, quod si aliqua briga dicto vel facto inter patrem et filium, unum fratrem carnalem, et alium, ~~aut~~ vel inter aliquos qui starent in una et eadem domo, sive familia, et infra quinque dies a die commissi maleficii facta fuerit pax, et remissio de injuria facta, non debeat malefactor puniri ~~seu~~ nec comdennari etiamsi fuerit porrecta accusatio. Dummodo hoc Capitulum non se (3) extendat ad enormia maleficia ex quibus sequeretur mors, ~~aut~~ vel ~~detructio~~ destruncatio alicujus membri. Et dicimus quod ubicum=

C. 56^v
(1) B' quibuscumque
(2) B' omette cognatam
C. 57^r
(3) B' omette se

ubicumque tollitur accusatio, [x x x] (1) exceptis ec-
clesiasticis locis, et capitulis, non tollatur ie-
ro quando possit procedi per inquisitionem

(1) B'' spazio bianco di 15-20 lettere tra accusatione

Cap: 12

Qualiter Maleficia puniantur.

Item statuimus et ordinamus, quod potes-
tas, judex, et quilibet ipsorum possit et de-
beat quemlibet accusatum, aut (vel) in aliquo supi-
signatum, et omnem alium contra quem ex
officio Curiae procederetur per inquisitionem de
aliquo maleficio, vel exbannimento comden-
nare; Et etiam possint, et debeant omne ex-
bannimentum, occasione alicujus debiti com-
dennare ut continetur in Capitulo = De de-
bitis solvendis =, et etiam contumaces quibus
data est indutia, secundum formam Statuti, a
ut (vel) recepta probatione contra contumacem pre-
dictum, et sufficiat hujusmodi indutia, sive
citatio sive inventus fuerit publice sive non
positus in banno in tanta quantitate (2) quan-
ta debetur (3) comdennari secundum formam Sta-
tuti. Et Potestas non possit aliquem pone-
re vel poni facere ad torturam occasione
furti valoris quinque solidorum, aut (vel) ab inde
infra, aut (vel) de re, quae tantum extimare-
tur, aut etiam plus contra formam praesen-
tis Statuti

(2) B' omette in
(3) B' debitur.

c. 57r

Cap: 13

De Comdennationibus faciendis

Item statuimus quod potestas faciat sen-
bi omnes comdennationes, et absolutiones, et
legi et promulgari, et pronunptiari cum con-
sensu, et voluntate judicis Communis Hispel-
li, et si aliter fierent tales comdennationes
et absolutiones non valeant; salvo Capitulo
de damnis datis, quod semper ratum maneat;
et potestas faciat adscribi spetialem librum
in quo scribantur omnes comdennationes ipsae
et quando leguntur, legantur publice, facto,
plus de sero quam (4) de mane legi debent ipsae
comdennationes, et absolutiones ipsae, publico
bannimento per praeconem dicti Communis

in palatio Communis

(4) B' debent legi de mane

in

in locis consuetis dicendo ~~aut~~ vel bandiendo per loca publica, et consueta: quod quilibet qui habet aliquam causam in curia Hispelli, quavis causa, cras de mane veniat in palatio dicti Communis, ad audiendum condemnationes et absolutiones, quae debent fieri et peremptorie. Quod bannum habeatur pro plena citatione omnium, qui occasione dictarum condemnationum, ~~et~~ absolutionum deberent citari pro sententiis audiendis, et ipsi pro citatis legitime et peremptorie habeantur. c. 58r

Et notarius maleficiorum teneatur, et debeat postquam lata fuerit condemnatio et absolutio praedicta de ipsis facere copiam ita quod id quod continetur in originali, contineatur in copia, et ipsam copiam publice dare, et assignare Guardiano loci Sancti Andreae ad conservandum pro Communi. Originale vero ipsarum condemnationum dare debeat et assignare Notario executionum, et si non dederit vel dare denegaverit in ~~viginti quinque~~ XV libras denariorum pro qualibet vice condemnetur. Qui notarius executor possit et debeat ipsas condemnationes et exbannimenta, et omnes alias, et alia, factas, et facta, et fiendas et fienda, exequi, et exigere pro Communi et parti cui deberetur ipsa condemnatio ~~aut~~ vel exbannimentum, et personas condemnatas et exbanditas quomodocumque et qualitercumque, realia et personalia prout sibi videbitur et placuerit, et ipsorum Fidejussores costringere absolutionibus faciendis de praedictis condemnatis, capitulo aliquo non obstante, seu ordinationibus in contrarium loquentibus non obstantibus. Addicientes, quod quislibet ~~qui~~ quovis modo deberet habere ~~aut~~ vel recipere aliquam partem alicujus condemnationis, seu exbannimenti ~~aut~~ vel alterius cujusvis negotii; seu deinceps debebit habere et habebit ex forma alicujus Statuti vel ordinamenti facti ~~aut~~ vel fiendi teneatur et debeat statim cum ipsam partem receperit, medietatem ipsius partis c. 58v

Cam=

Cammerario dicti Communis, pro ipso Communi, recipienti solvere cum effectu pœna dupli quod solvere teneatur.(a) Et hoc Capitulum sit præcisum quod tolli non possit per aliquod consilium. (a) B" Tenentur

Cap: 14

De Pœna facientis insultum

Item statuimus, quod si quis fecerit insultum ad domum alicujus propriam vel conductam ~~aut~~ vel ad domum habitationis alicujus de die cum armis condennetur in ~~viginti~~ XL libris, (b) condennetur, si vero sine armis condennetur in XX libris si autem de nocte fecerit insultum ut dictum est condennetur in ~~octuaginta~~ LXXX libris, et si sine armis condennetur in sexaginta libris; et si quis insultum fecerit de die cum armis invadendo seu insultando intraverit domum, et percusserit aliquem de dicta domo, ~~aut~~ vel quem in ea staret, et sanguis exierit, Potestas condennet eum in ~~triginta~~ CCC libris.+ Si vero de nocte quis fecerit insultum ad domum alicujus invadendo seu insultando intraverit domum et percusserit aliquem de dicta domo aut quis in ea staret, cum armis, et sanguis exierit Potestas condennet eum in ~~quatuorcentis~~ CCCC libris, et si sanguis non exierit condennet eum in ~~bisentis~~ CC libris. Et si quis sine armis insultum fecerit de die seu invadendo, seu insultando intraverit domum, et percusserit aliquem de dicta domo, ~~aut~~ vel quem in ea staret et sanguis exierit, condennetur in ~~centis~~ C libris denariorum, et si sanguis non exierit condennetur in ~~quingentis~~ L libris denariorum. Et si ~~predicta~~ predicta de nocte sine armis commiserit, et sanguis exierit condennetur in ~~bisentis~~ CC libris denariorum, si vero sanguis non exierit condennetur in ~~centis~~ C libris denariorum. Si vero de die quis fecerit insultum alibi, contra aliquem sine armis Potestas condennet eum in ~~octo~~ VIII libras denariorum, si cum armis condennet eum in ~~sexdecim~~ XVI libras. Si vero quis taliter stando comisevit prædicta ~~aut~~ vel aliquod

(b) B" omette denariorum — libris

+ et si sanguis non exierit potestas condennet eum in centis libris

C, 59²

Prædi=

praedictorum Potestas comdennet eum in quantitatem arbitrariam habito respectu maleficio commisso, et casibus supradictis. Et si quis fecerit insultum alibi sine armis contra aliquem de nocte potestas comdennet eum in vigintisquinque libris denariorum, si cum armis insultaverit aliquem de nocte comdennet eum in quadragintis libris denariorum. Si quis vero impinserit aliquem et probatum fuerit per testes, vel per confessionem ipsius potestas comdennet eum in quatuor libris denariorum, et si quis impinserit et cadere fecerit in terram potestas comdennet eum in vigintis libris denariorum; et si quis injuriose aliquem ceperit per personam potestas comdennet eum in quatuor libris denariorum; et si quis injuriose alicui ceperit capitium comdennet eum in vigintis libris denariorum. Et si quis pareverit se in via publica vel vicinali, alicui si fuerit de die in quinque libris denariorum comdennetur, et si de nocte in decem libris comdennetur. Et de omnibus supradictis, et singulis bannis, et comdennationibus tertia pars sit communis et duae injuriati. Et si praedicta, vel aliquod praedictorum facta fuerint Potestati, Notario vel officialibus eorum, in palatio ipsorum aut in aliqua Ecclesia solvant committentes ipsum bannum, et tertium plus injuriae praedictae. Et quicumque fecerit insultum contra aliquem qui faceret sibi injuriam debeat puniri, et comdennari tam de injuria quam de insultu, sicut dicant statuta et ordinamenta, potestatis dictae Terrae qui pro tempore fuerit. Et de injuriis, et percussionibus praedictis factis per aliquem ad domum, aut in domo vel ante domum alicui: contra aliquem qui non sit de domo; et si in Taberna fuerit vel ubi vinum venditur ad minutum, malefactor solvat tantum bannum quantum si alibi commisisset, et non

(a) B' e B'' spazio bianco per circa una riga
(b) B' e B'' spazio bianco per circa una riga
c. 59v
(1) B' omette in palatio eorum
(c) B' solvat
c. 60r

non plus. Decernentes quod si aliquis fuerit insultatus ad domum propriam ~~sive~~ vel conductam, ~~aut~~ vel ad domum suæ habitationis aliquam injuriam commisit, ~~aut~~ vel committeret in personam insultantis in ipsa domo vel ante domum, ~~aut~~ vel in circumstantiis ipsius ~~aut~~ vel prope ipsam domum injuriati, præsumatur illud fecisse, et commisisse ad suam defensionem, et pro hujusmodi (1) defensionem non teneatur ad pœnam. Addicientes huic capitulo quod si quis fecerit insultum de die ~~aut~~ vel de nocte, cum armis vel sine contra aliquem in aliqua possessione ipsius insultati puniatur quemadmodum fecerit ad domum propriam ~~aut~~ vel conductam, et in prædictis sufficiat probatio unius testis boni et idonei; et si dictus insultatus in dicta ~~sua~~ eius (2) possessione offenderet insultantem ad pœnam aliquam non teneatur, immo intelligatur fecisse ad suam defensionem

(1) B' huius

(2) B' omette eius

Cap: 15

De Percussionibus et Bannis

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis percusserit aliquem a collo superius ~~aut~~ vel in Collo cum ense, falcione, mazza, vel aliis armis, et sanguis exierit condennetur in quingentis libris denariorum; sed si quis percusserit a collo inferius cum dictis armis et sanguis exierit in ~~vigintiquinque~~ XXV libris denariorum. Et si quis percusserit aliquem a collo superius ~~aut~~ vel in collo (3) cum dictis armis et sanguis non exierit condennetur in ~~viginti quinque~~ XXV libris denariorum, et si a collo inferius ~~duodecim~~ XII libris denariorum condennetur. Et si quis percusserit aliquem in visu ita quod signum vel cicatrix remaneat pro qualibet percussione condennetur in vigintiquinque libris denariorum, et pro cicatrice et signo puniatur in ~~centis~~ libris denariorum: et hoc Capitulum locum habeat in Hispello et ejus districtu. Et si contigerit ~~quod~~ aliquod dubium, num prius ex aliqua

Et si quis percusserit aliquem a collo inferius et sanguis non exierit condennetur in XII libris denariorum

(3) B' omette vel in collo c. 60v

qua percussione facta in facie remanserit cica
trixe ~~aut~~ vel non, medici non cogantur declarare
nisi fuerit satisfactum eisdem ab illo qui pe
teret declarationem de eorum salario, et
Salarium sit unius Florenis de auro, et
debeant interesse omnes medici de Trispel
lo. Et si occasione aliquius percussionis membrum
aliquod ammitteretur, ~~aut~~ vel fuerit ipsa occa
sione macagnatum comdennetur malefactor
in ~~biscentis~~ libris denariorum. Et si quis
sine praemeditatione, aliquo casu fortuito
percusserit aliquem in collo superius aut
in collo cum aliquibus armis, et sanguis e=
xierit comdennetur in ~~vigintis quinque~~ li
bris denariorum, ~~et si a collo inferius in~~
~~duodecim libris denariorum~~. Et si sanguis
non exierit de percussionibus in collo et a
collo superius, dicto modo, et casu facto si
ne praemeditatione, percutiens puniatur
in ~~decem~~ libris denariorum, et a collo in=
ferius in ~~centis~~ solidis denariorum. Et si
quis percusserit aliquem cum alapa et
sanguis exierit comdennetur in ~~vigintis~~ li=
bris denariorum pro qualibet alapa, et
si sanguis non exierit in ~~decem~~ libris de
nariorum. Pro pugno vero dato a collo
superius ~~aut~~ vel in collo, si sanguis exierit
solvat percussor ~~viginti~~ libras denario=
rum, et si sanguis non exierit comdenne
tur in ~~decem~~ libris denariorum; et si a
collo inferius aliquis percusserit aliquem
cum pugno, et sanguis exierit comdenne=
tur in ~~decem~~ libris denariorum, et si non
exierit sanguis in ~~centis~~ solidis denariorum
comdennetur. Et si quis ceperit aliquem
per capillos comdennetur in ~~decem~~ libris
denariorum. Et si quis fecerit aliquod
praedictorum maleficiorum in Palatio Com
munis vel sub volta ipsius, et ab angulo
domi filiorum Magni Jacobi Mattioli u
sque ad arcum filiorum Lucciolae Floriani
circum circa, vel et in ipsa Platea, solvat
dictum bannum et tertium plus in om=
nibus

* Et si quis sine praemeditatione percusserit aliquem a collo inferius cum armis et sanguis exierit condemnetur in XII libris denariorum.

nibus bannis prædictis. De omnibus autem bannis prædictis, et singulis tertia pars sit communis, et duæ injuriati. Et si aliquis forensis percusserit aliquem de Hispello solvat pro qualibet percussione centum libras denariorum. Et dicimus quod si aliquis de Hispello percusserit aliquem forensem, aut aliquod maleficium commiserit in personas forenses, solvere teneatur quartam partem banni, quam solveret pro simili maleficio per Hispellanum commisso in persona alicujus Hispellani dicto vel facto. Et idem modus servetur in omnibus offensionibus commissis per forensem contra Hispellanum, salvis capitulis infrascriptis pro quibus forensibus major pœna imponitur, de quibus bannis partem non habeant si totaliter sint forenses. Et dicimus, quod si contingerit aliquem injuriam aut maleficium de patre ad filium, de fratre ad fratrem, aut sororem, sive inter aliquos de eadem domo, et familia simul habitantes de Hispello tantum, et infra quintam diem post commissum maleficium fecerint pacem, quod ad pœnam aliquam non teneantur; dummodo non extendant se prædicta ad enormia maleficia ubi intervenerit mors seu destruncatio membri. Et idem dicimus observari debere inter patruum et nepotem sive neptem et econtra, et hoc locum non habeat in maleficiis commissis per filium in patrem. Et si quis Hispellanus receptaverit aliquem forensem qui commiserit aliquid prædictorum contra aliquem Hispellanum, ultra unam diem et unam noctem, in domo sua condemnetur in ea pœna in qua condemnaretur, aut condemnatus esset ipse forensis, si habere posset. Et accusator habeat duas partes banni. Et si aliquis commiserit aliquam injuriam dicto aut facto, et injuriam, passo tempore commissi maleficii trium dierum, denumptiatam non esset

(1) B'' pena solvebatur C. 61v

Hic qui

(2) B' quod in

(3) B'' omitto commiti

(4) B'' si

(5) B'' in pena (corrispondente della commissione)

(6) B'': si haberet

C. 62r

(1) B', B'' seguono uno spazio bianco di 2 o 3 righe B''' ...

esset, et si fieret in tertiam diem post injuriam commissam, denumptiationi non sequatur condennatio aliqua. Et similiter ordinamus quod si aliqua persona Terrigena vel Forensis de cetero aliquid allegaverit, et protestatus fuerit, vel exceptiones opposuerit in scriptis, vel verbotenus; quod nolit obedire Mandatis domini potestatis vel ejus curie, vel cuicumque officiali Communis predicti: vel aliter Potestatem vel judicem Communis, vel officiales ipsius Communis allegaverit, vel dixerit non suum judicem spetialiter vel generaliter allegando omnes suas exceptiones, sive indicta generaliter diceret seu contenderet sive se subtraxerit de jurisdictione dicti Communis quacumque de causa: Quicumque talem offenderet seu offendi faceret terrigena vel forensis quacumque offensa ad penam aliquam non teneatur. Et ultra predictum modum potestas vel alius officialis dicte Terre contra predicta nullatenus possit procedere, et si procederetur processus, sententia, exbandimentum et quidquid ex eo sequeretur sit ipso jure nullum et nullius valoris. Et potestas vel alius officialis ipsius Communis qui contrafecerit in tercentis libris denariorum condennetur, et puniatur, et non habeatur pro potestate vel officiali dicti Communis, et hoc Capitulum locum habeat in pretentis presentibus, et futuris. Et si quis evaginaverit cultellum, spontonem, ensem vel Stoccum contra aliquem Capellanum nisi ad suam defensionem fecisset condennetur in centis solidis denariorum. Et si aliquis adminaverit alicui Capellano cum falcione aut aliis armis offensionis intus vel extra Capellum condennetur in centis solidis denariorum si faceret actum percutiendi. Salvo semper quod si maleficium fuerit commissum in aliqua Ecclesia solvat bannum predictum, et tertium plus. De quibus bannis

(2) B" tertia die ... commissam sequi post ... hanc condennationem
(3) B" non ... aliqua
(4) B" cuiuscumque officialis
(5) B" generalitate
(6) B" seu contenderet
(7) B" subtraxerit
N.C. 62v
potius vel

nis tertia pars sit communis, et duae sit accusatoris

* Hoc Capitulum reformatum invenitur in fine praesentis voluminis, ad reformationem primam, Pag.

3 De Poenis Cap. 16 duplicandis

Item statuimus quod omnes poenae quorumcumque maleficiorum praeterquam de damnis datis commissorum dicto vel facto de nocte duplicentur, et nox intelligatur a sono campanae loci Fratrium minorum quae pulsatur de sero ad Ave Maria sive Pater noster usque ad sonum campanae dicti loci quae ad primam pulsatur de mane, et etiam poenae omnium maleficiorum commissorum dicto vel facto in Festo Sancti Thomae Apostoli de mense Decembris usque ad Festum Paschatis Epiphaniae, et a Sabato Palmarum Olivae, usque ad octavam Paschatis Resurrectionis Domini, et a die inductarum feriarum tempore Messium et vendembiarum, ~~diem~~ usque ad primam diem juridicam sequentem, et etiam in ludis, in conviviis, sive nuptiis, et in exercitu, et cavalcata et tempore, sive die ~~nundinae~~ fori Sancti Claudii, et qualibet ~~die~~ (1) alia die ~~nundinae~~ fori in dicta terra et ejus districtu similiter duplicentur.

V.C. 63r

(1)

Cap. 17

Contra Homicidas

Item statuimus quod quicumque de Hispello vel ejus districtu commiserit ~~aut~~ vel fecerit homicidium in personam alicujus Terrigenae ~~His~~pelli solvat nomine banni mille et bisentas libras pro tertia parte communis, et duobus partibus heredibus occisi, et si homicida dictum bannum solvere non poterit, et capi poterit amputetur sibi caput ita quod moriatur, et quilibet teneatur ipsum impedire, et si capi non poterit (3) exbanniatur in dicto banno de Hispello, et ejus districtu, cum destructione omnium suorum bonorum, et rebanniri non possit

(2) B.ª exbanniatur

non possit, nisi solverit dictum bannum, et si fuerit contumax, postquam fuerit legitime citatus secundum formam Statuti, exbandiatur, et condennetur in dicta quantitate, et hoc habeat locum inter ~~His~~pellanos. V.C.63v Et si homicida solverit dictum bannum nullo modo dicta bona (1) devastentur, et si facta fuerit pax infra quinque dies puniatur homicida in tertia parte banni, quam communi debeat applicare; et nihilominus stare debeat extra ~~His~~pellum duobus annis. Inter forenses autem locum non habeat si interfectus esset ab aliquo ~~His~~pellano ~~dicta~~ parte banni. Et Si quis offenderet aliquem civem, vel ~~comitatensem~~ comitatensem civitatis Fulginei in dicta Terra ~~His~~pelli ~~aut~~ vel ejus districtu puniatur illa pena, qua puniretur si dicta offensio in personam alicujus ~~His~~pellani facta fuisset. Et lata sententia et condennatione contra homicidam eodem die vel sequenti potestas faciat omnia bona homicidae tam domum quam alia destruere, nisi solveat dictum bannum, et lapides ipsorum domorum deveniant in commune ~~muni~~, et utilitate Communis. Et si homicida solvere non poterit dictum bannum omnia sua bona applicentur Communi ~~His~~pelli, et fiat unus ~~Sindicus~~ sindicus pro Communi qui recipiat dicta bona et vendat si invenerit emptorem, et conserventur ipsa bona pro Communi, et fructus ipsorum bonorum si non invenerit emptorem; et Camerarius Communis promittat defensionem ipso emptori si inveniretur. V.C.64r Et si filius emancipatus ~~aut~~ vel alius filiusfamilias qui in potestate Patris remanserit homicidium commiserit, ~~aut~~ vel homicidio dederit auxilium, consilium ~~et~~ vel favorem, teneatur pater tam pro emancipato quam pro illo qui esset in ~~propria~~ patria potestate, usque ad legitimam, et si legitima non sufficeret remaneat in banno pro residuo condennationis. Et si quis fecerit aliquam alienationem de bonis suis, et in-

se

(1) B" deguastentur

ipse retinuerit, et possederit ipsa, ~~aut~~ vel partem ipsorum bonorum tempore quo commiserit homicidium,(1) alienatio sit nulla, et nullius valoris, nec obsit quin puniatur talis malefactor ut supra in(2) similibus capitulis, et distinctionibus est expressum. Et si Forensis commiserit homicidium in aliquem de Terra Hispelli et ejus districtu, et capi poterit, Potestas sine aliquo intervallo, incontinenti, sine aliqua redemptione faciat eidem amputari caput ita quod moriatur; et si capi non poterit exbanniatur in capite, et persona; et si aliquo tempore pervenerit in fortiam Communis amputetur sibi caput ita quod moriatur. De pace vero locum non habeat in forense. Et si Hispellanus non habuerit pacem, et dictum bannum solverit ~~quinque~~ V annis continue extra Hispellum stare debeat, et si redierit in Hispello vel ejus districtu in quingentis libris denariorum condennetur, et nullatenus possit rebanniri, vel aliqua preposita fieri de sua condennatione per potestatem ~~aut~~ vel aliam personam, nisi suam condennationem solveret ~~et~~ integram, et hoc locum habeat in preteritis, presentibus et futuris. Et si contrafactum fuerit non valeat ipso jure, et si potestas committeret fraudem in aliquo, ~~aut~~ vel alia aliqua persona pro Communi, et pactum fecerit de ipsa condennatione diminuendo, ~~aut ipsam~~ ipsam vel diminueret teneantur de eorum proprio communi restituere totum illud quod de ipsa condennatione diminueretur. Et si aliquis in Hispello commiserit homicidium in personam forensis, et non fecerit illud ad suam defensionem condennetur in centis libris denariorum, et si habuerit inde pacem nullum solvat bannum, ~~aut exbannimentum et condennationem~~. Et nullus exbannitus ~~aut~~ vel condennatus pro homicidio possit nec debeat de cetero(1) rebandiri, nec sua condennatio cassari in totum vel in partem

(1) B" aggiunge devenit

(2) B" similibus

Vc. 64v

(1) B" rebanniri

partem nisi integre solverit condennatio-
nem

Cap. 16

De Reimproperatione injuriarum

V C. 65r

Item statuimus quod si aliquis reimprope-
raverit aliquam injuriam ~~aut~~ vel homicidium pa-
tri, ~~aut~~ vel matri, filio ~~aut~~ vel fratri carnali alicujus
occisi, Potestas condennet eum in ~~quinquagin-
tis~~ L libris denariorum pro tertia parte com-
muni, pro duabus partibus cui reimproperare-
tur; et si aliquis de illis qui homicidium
commiserit Patri, ~~aut~~ vel matri, ~~aut~~ vel fratri car-
nali ~~aut~~ vel filio ipsius condennetur in ~~centum~~ C.
libris denariorum; si vero alicui consanguineo
alicujus qui substinuerit (1) injuriam de homi-
cidio, usque in ~~quartum~~ tertium gradum, condem-
netur in ~~viginti~~ XX libris denariorum. De
omnibus vero aliis reimproperationibus cuju-
scumque malefecii, ~~aut~~ vel alterius rei condem-
netur reimproperans ~~in~~ (2) duplum bannum,
quod est de verbo (3) injurioso, quorum ban-
norum tertia pars sit communis, et duae
injuriati. Salvis penis impositis de reimpro-
peratione aliarum injuriarum quas penas
teneatur potestas a delinquentibus auffer-
re. Et hoc capitulum non prejudicet
capitulo suprascripto posito sub Rubrica de non
contendendo pro partibus, et non reimpro-
perando injurias tempore (4) brighe factas

(1) B[a] iniuriam

(2) B[a] aggiunge in

(3) B[a] iniurioso

(4) B[a] brighae

Cap. 17

Contra intrantes Domum vel Casalenum

V C. 65v

V Item statuimus quod si aliquis intra-
verit domum vel casalenum alicujus con-
tra voluntatem illius cujus fuerit, sive
sit propria sive conducta, ~~aut~~ vel in ea ha-
bitet, (1) injuriose: si fuerit de nocte con-
dennetur in ~~viginti~~ XXV libris denariorum,
et si de die in ~~decem~~ X libris denariorum;
et si ille cujus fuerit domus vel (2) habitator
(3) eum offenderet cum rumore ~~et~~ vel clamore eo
bannum aliquod non teneatur. Et qui in-
traverit Casalenum alicujus ~~aut~~ vel ~~aliquam~~ aliam

(1) B[a] iniuriose

(2) B[a] habitatio

(3) B[a] eum

pos=

possessionem contra voluntatem domini rei si fuerit de nocte condennetur in ~~quatuor~~ IIII libris denariorum si de die in ~~quadragin~~ ~~ta~~ XL solidis denariorum. Si vero quis intraverit et steterit in aliqua dictarum possessionum et casaleno, presente domino rei et contradicente, condennetur (4) ~~in~~ duplum supradictorum bannorum, et tantumdem solvat si steterit post contradictionem domini rei, totiens, quotiens fuerit contrafactum. Quorum bannorum tertia pars sit Communis, et due injuriati, dummodo infra tertiam diem accusator accuset post commissum maleficium; aliquin malefactor ab inde in antea non teneatur ad penam

(4) B^ta aggiunge in

Cap: 20

Contra extrahentes terminos

V.C. 66

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis extraxerit commune terminum sine vicino cui pertinet si incontinenti non remiserit in eodem loco condennetur in ~~decem~~ X. libris denariorum, cujus banni tertia pars sit communis, et due accusatoris, et (1) fustietur ~~getur~~ per totum Ca[s]pellum cum termino ad collum; salvo quod possit redimere fustigationem per ~~quingentas~~ L libras denariorum, et terminus si non fuerint ~~pastu~~ partes in concordia, remittatur per judices Communis in eodem loco. De hiis autem (2) accusare ~~satores~~ non possint ~~esse~~ nisi injuriatus.

(1) B^ta fustigetur

(2) B^ta accusatores non possint esse nisi injuriati.

Cap: 21

De robbariis non fiendis

Item statuimus, quod nemo audeat ~~aut~~ vel presumat aliquem euntem per stratam vel per alia loca in Terra Ca[s]pelli ~~aut~~ vel ejus districtu dolo aut per vim derobbari, ~~aut~~ vel per vim de Strata extrahere sine licentia domini Potestatis, et qui contra fecerit si fuerit Ca[s]pellanus solvat nomine banni ~~biscentas~~ II libras denariorum et teneatur emendare totum damnum quod Commune vel spetialis persona sustinu=

tinuerit quocumque modo occasione praedicta. Si vero fuerit forensis et fecerit robbariam a decem libris infra, solvat nomine banni quinque libras denariorum, et emendet damnum quod Commune, vel spetialis persona dictae Terrae substinuerit quocumque modo occasione praedicta. Et si forensis fecerit robbariam a decem libris supra condennetur in mille libris denariorum. Et si Hispellanus fecerit robbariam a vigintiquinque libris supra in Strada qua itur Fulgineum et Assisium condennetur in quincentis libris denariorum, et dictorum bannorum tertia pars sit communis, et duae injuriati. Salvo quod si fuerit Forensis injuriatus non habeat partem banni. Illi autem qui colligunt passagium possint transeuntes pro pedagio solvendo, retinere, et pignus accipere seu pignora, non obstantibus praedictis.

V.c.66v

(1) pignora

Cap. 22

De Projectione lapidum et Percussionibus cum lapidibus

Item statuimus quod si aliquis projecerit lapides de domo sua aut aliena contra aliquem de Hispello in vigintiquinque libris denariorum condennetur, et destruatur media pertica de illa domo, aut Turri; et si quis ascenderit domum alicujus de consensu illius cujus fuerit domus aut turris, et projecerit inde lapides, aut lapidem condennetur in vigintiquinque libris denariorum et destruatur media pertica de illa domo aut turrim circumcirca; et si projecerit lapides contra voluntatem illius cujus fuerit domus condennetur in decem libris denariorum; et si hoc bannum solvere non poterit, amputetur sibi manus dextra; et si capi non poterit (1) exbanniatur in dicto banno, et plus ad voluntatem Potestatis; De quibus bannis pecuniariis tertia pars sit communis et duae (2) injuriati. De dicto vero banno non possit exire nisi primo solverit Cammerario, et parti. Et quicumque proje=

V c. 67r

(1) exbanniatur

(2) injuriati

projecerit lapides de domo, quae juxta Palatium Communis esset, ~~aut~~ vel de aliqua ~~alia domo~~ ~~propter~~ per Stradam ~~aut~~ vel plateam, ab arco filiorum Florani, usque ad arcum filiorum Fabrese condennetur ~~in~~ duplum dictorum bannorum. ~~Sed~~ Si quis aliquem lapidem de palatio communis ~~XX~~ Hispelli injuriose contra aliquem projecerit, nisi per defensionem dicti Communis Hispelli, condennetur in ~~centis~~ C libris denariorum. Salvo et reservato in omnibus supradictis quod si quis fecerit insultum contra aliquem ad domum propriam vel conductam, ille cujus fuerit domus possit se tueri et lapides projicere de dicta domo, et infra dicta confinia sine poena et banno; et si quis ~~projecerit~~ dicerit alicui qui staret ante domum suam injuriose, ~~aut~~ ante Plateam, et infra dictos arcus ab utraque parte Stradae Plateae, et sanctum Ruffinum, ~~vel~~ elevate ante domum majorem ~~aut~~ vel Tanceam condennetur in ~~vigintiquinque~~ XXV solidis denariorum. Si percusserit a collo inferius cum sanguine, et si a collo superius ~~aut~~ vel in collo cum effusione sanguinis condennetur in ~~quinquagentis~~ libris denariorum, et si sanguis non exierit de percussione facta a collo inferius cum dictis lapidibus condennetur in ~~duodecim~~ XII libris denariorum, et si a collo superius ~~aut~~ vel in collo et sanguis non ~~exierit~~ exiverit condennetur in ~~vigintiquinque~~ XXV libris denariorum. Insuper si contingerit, quod absit, quod aliquis rumor esset in Hispello, contra turbantes statum Terrae praedictae quislibet possit projicere ~~lapides~~ sine poena et banno. Et si quis projecerit lapides ad domum alicujus de die, pro quolibet lapide condennetur in ~~decem~~ X libris denariorum; et si projecti fuerint lapides ad domum alicujus mulieris malae famae, si de die condennetur percutiens in ~~quadraginta~~ XL solidis denariorum, et de nocte in ~~quatuor~~ IIII libris denariorum, dummodo praedictae mulierem contra quam projecti fuerint fiat accusatio vel

pro qualibet vice — Ceterum si quis projecerit lapides contra aliquem, aliter qui dictus est supra condennetur nomine banni XXV libris denariorum.

(3) B.^a aggiunge alia domus
(4) B.^a aggiunge in
(5) B.^a aggiunge sed
(6) B.^a iniuriose

Vc. 67^v
(1) B.^a iniuriose
(2) B.^a aggiunge vel
(3) B.^a manca elevate

(4) B.^a exierit

Vc. 68^r

vel denunptiatio infra tertiam diem, aliter procedi non possit. Et si quis projecerit lapidem contra aliquem, et non percusserit solvat pro quolibet lapide ~~viginti~~ XX solidos denariorum, nisi praedicta fecerit ad suam defensionem

Cap: 23

Contra Frangentes Pacem

Item statuimus et ordinamus, quod si quis ~~frangeret~~ fregerit pacem de Homicidio, ~~aut~~ vel occasione homicidii dicendo verba injuriosa condemnetur nomine banni in ~~quingentis~~ 2. L. libris denariorum. Si vero frangeretur pacem de homicidio cum percussionibus sine sanguinis effusione, condemnetur in IIc libris denariorum ~~in quatuorcentis libris condenetur malefactor~~, et cum sanguinis effusione in ~~quatuorcentis~~ IIIIc libris denariorum, si mors inde non sequeretur, sed si mors vero sequeretur condemnetur frangens in mille libris denariorum. Et si de aliqua injuria ~~aut~~ vel offensione pax fracta fuerit cum sanguinis effusione condemnetur in ~~viginti quinque~~ XXV libris denariorum, et si frangeretur verbis injuriosis condemnetur frangens in ~~decem~~ X libris denariorum. Et nihilominus hujusmodi fractores pacis teneantur solvere ~~poenas~~ pro maleficio et offensa secundum formam Statuti; quorum bannorum tertia pars sit communis et dua ~~accu~~ injuriati ~~satoris~~. Et idem fractor pacis teneatur solvere poenam contentam in istrumento pacis. Salvis et reservatis Capitulis et reservationibus factis pro commune Hispelli, quae potestas tenetur observare, et poenas in ipsis contentas exigere pro illo cui frangeretur pax, si ab eo petitum fuerit. Et in quolibet praedictorum bannorum Pater teneatur pro filio usque ad legitimam; et dicimus quod in hiis qui col........ ..regeverit aliquam injuriam dicto ~~aut~~ vel facto antequam partem condemnationis reciperet de ipso facta ~~aut~~ vel fienda, si pater habuerit ab ipso, dictus injuriatus petere ~~aut~~ vel recipere partem condemnationis ~~habet~~ non possit

(1) B" frangeretur
(2) B" aggiunge malefactor

(1) B" hujusmodi fractores pacis teneantur
(2) B" offensarum pacis
(3) B" aggiunge determinatas poenas
V. c. 68v

(1) B" Spelli que
(2) B" contentas

(1) B" spazio bianco
(2) B" ...... spazio bianco fino a aliquam

sit nec debeat.

Cap. 24
De Offendentibus per Consanguineis

Item statuimus quod si aliqua rissa fuerit inter Hispellanos aut aliquos de Hispello et ejus districtu dicto aut facto injuriatos, pater aut frater carnalis post illatam sibi injuriam, offenderet aliquem consanguineum injuriantis, usque in tertium gradum, condannetur duplici pena in Statutis contenta. Addicientes quod si dicta de causa interficeret aliquem qui esset in itinerem eundi Virum Corpus Jesu Cristi, seu Eucaristiam aut staret ad audiendas predicta incontinenti sine temporis intervallo in platea Communis Hispelli capite puniatur ita quod moriatur, et presumatur illud fecisse ad dictam vindictam faciendam, nisi legitime probaverit aliam injuriam ab illo injuriato recepisse.

Cap. 25
De Falsis Testibus et Malijs

Item statuimus, quod si quis fecerit falsum testimonium contra aliquem, tam ille qui falsum testimonium produxerit quam ipse Testis pena centarum librarum denariorum puniantur, et nihilominus perihbens Testimonium pingatur in Palatio super bancum juris, et scribatur nomen ejus ad pedes ipsius, et si non poterit solvere bannum extrahatur sibi linguam de capite, et dictum ejus non valeat. Idem dicimus fore servandum in facientibus falsum Testimonium in Istrumentum. Et in supradictis Potestas debeat procedere per inquisitionem, et qualitercumque sibi placuerit ex suo officio, et hoc locum habeat in preteritis, presentibus, et futuris. Et si quis accusaverit aliquem de falso, et non probaverit legitime, talis accusator in vigintiquinque libris denariorum condennatur. Ceterum si aliqua

qua persona fecerit malum solvat nomine banni, viginti quinque libras denariorum, et fustigetur per totum Cappellum cum clova in lingua, et mittatur ad catenam Communis et ibi jaceat per tres dies et noctes antequam fustigetur. Et si accusator probaverit dictum maleficium per duos testes de publica voce, et fama, quae probatio habeatur pro legitima probatione, habeat decem libras denariorum, et quislibet possit esse accusator, et teneatur secretus

Cap 26

De Verbis injuriosis

(1) B.i persona condicta

Item statuimus, quod si aliqua (1) mala mulier de qua sit publica fama, quod sit mala, et dixerit alicui mulieri bonae famae verba injuriosa, de quibus non sit mentio in Statuto praesenti, aut dixerit patri, aut matri, aut fratri carnali, aut ejus marito, et erit probatio Testium, vel confessa fustigetur per totum Cappellum cum clova in lingua, (2) inspecta qualitate personae. Si aliqui dixerint inter se verba injuriosa, scilicet alter alteri rahagliosus, aut proditor, condemnentur pro qualibet vice et quolibet verbo in quadraginta solidis denariorum. De aliis vero verbis injuriosis pro qualibet verbo, et qualibet vice in viginti solidis denariorum. Salvo quod si dictum fuerit in palatio, aut in Strada ante palatium condemnetur (1) in dicta quantitate, et plus. Et si dicta fuerint coram Potestate, aut aliquibus ejus officialibus, et Communis, quod praedicta habeantur duplicata, et sint bis duplicata. De quibus bannis tertia pars sit Communis et duo injuriati. Dummodo praedicta non habeant locum contra aliquam personam quae dixerit verba injuriosa alicui personae quae exiverit de carcere communis, aut in die Veneris-sancti exinde fuerit extractus, de quibus nolumus bannum solvi.

(2) B.i inspecta

V c. 70r

(1) B.i ripete condemnetur

Cap.

Cap. 27

De Adulteriis

Item statuimus quod Adulteri, et violatores puellarum, et aliarum mulierum honeste viventium puniantur in ~~bis centis~~ IIc libris denariorum. Et si quis acceperit ~~ali~~quam mulierem honeste viventem, ~~aut~~ vel puellam, et projecerit eam in terram contra suam voluntatem, solvat nomine banni ~~bicentas~~ IIc libras denariorum, si eam non cognoverit; et hoc locum habeat inter feminas de ~~H~~ispello, virgines et maritatas, et honeste viventes; dummodo hoc locum non habeat in mulieribus non conjugatis si malefactor probare poterit ipsam, aliud ~~cognovisse~~ congiontosse. ① ~~quod~~ et si probaverit, ad penam neque ② ~~ad~~ bannum minime teneatur. Et si predicta commiserit contra mulieres publice se exponentes et meretrices contra earum voluntatem solvat ~~quadraginta~~ XL solidos denariorum, quorum bannorum tertia pars sit communis, et due injuriate. Et si malefactor ipsam puellam virginem ~~aut~~ vel mulierem honeste viventem in uxorem acceperit non teneatur ad penam predictam. Et dicimus quod potestas, ~~vel~~ nec ejus curia ~~non~~ possit facere inquisitionem de predictis maleficiis, et excessibus, et si faceret non valeat. Nec etiam per accusationem procedere possit nisi infra ~~decem~~ X dies post commissum maleficium, facta fuerit per patrem ~~aut~~ vel maritum, fratrem ~~aut~~ vel matrem mulieris et non aliter. Salvo quod si aliqua predictarum offensionum ③ ~~aut~~ vel injuriarum commissa fuerint alicujus maritate in ~~personam~~, potestas possit procedere per inquisitionem ex suo officio ④ ad ~~in~~quisitionem cujuscumque persone

. . . .

exbandiatur per Terram ~~H~~ispelli, et ejus districtum in dicta quantitate, et post

bannum

Vc. 70v

① B.o quod invece di et

② B.o aggiunge ad

③ B.o manca in personam

④ B.o ad requisitionem

Vc. 71r

③ in personam

bannum praedictum si capi poterit, ad solvendum dictum bannum costringeatur, et fustigetur ut dictum est. Et super hoc potestas, et sui officiales possint inquirere et inquisitionem facere ex suo officio, et talem mulierem delinquentem tam cum accusatione, quam sine, puniatur in dictis poenis.

Cap: 25

De Vasto, et Combusto

Item statuimus; quod si alicui de Thispello fuerit devastatum et combustum ~~aut~~ vel aliquod incisum de nocte: dum illud quod fuerit devastatum, ~~aut~~ vel combustum ~~aut~~ vel etiam incisum valeat, et valere possit ~~viginti~~ XX solidi denariorum, et ultra: potestas faciat emendare de bonis malefactoris in (1) quadruplum damnum factum, et auferat malefactori ~~centas~~ C libras denariorum. Et si aliquis immiserit ~~ignem~~ (2) ingem in aliqua domo habitationis alicujus, ~~aut~~ vel apta ad habitandum solvat nomine banni ~~sexcentas~~ VIc libras (3) denariorum. Et si aliquis immiserit ~~ignem~~ ingem in rem valentem a quinque solidis supra usque in ~~viginti~~ XX solidis solvat nomine banni vigintas libras denariorum, et emendet damnum in quadruplum; de quibus bannis pecuniariis tertia pars sit communis, et duae injuriati (4) sive damnum passi. Et si non inveniretur malefactor Commune Thispelli emendet damnum datum ad arbitrium Hominum, qui a consilio eligantur. Dummodo potestas teneatur in locis consuetis dictae Terrae omnia supradicta facere banniri. Et hoc locum habeat a (5) saxo putatorio inferius, et ab inde ~~superius~~ supra teneantur emendare proximior villa ipsius loci ubi praedicta committerentur, (6) contingerent vel evenirent. Et si praedicti homines commiserint fraudem in praedictis, quilibet contrafaciens in ~~centis~~ C libris denariorum ~~condennetur~~ puniatur, et dicimus quod

de

(1) B'' quadruplum
(2) B'' ingem
V C. 71v
(3) B'' manca denariorum
(4) B'' iniuriati
(5) B'' saxo pusatorio
(6) B'' contigerent

(1) B'' guasto

(2) B'' manca sonum

3 B'' igrem

(4) B'' invenerint

(5) B'' mattutinum

(6) B'' per nomen

(7) B'' stactionibus

* c. 72v

furto et guastato(1)

de vasto, et furto non possit fieri compositio, quin malefactor puniatur.

Cap. 29

Ut nullus vadat post tertium sonum(2) campane

Item statuimus quod nulla persona terrigena vel forensis audeat aut vel presumat ire post tertium sonum campanae, quae pulsatur de sero pro custodia dictae Terrae et qui contrafecerit nisi palam ferret i(3) gnem aut vel lumen in manu condennetur in quinque solidis denariorum, et si esset homo malae famae non prosit sibi ignis ingis, salvo quod si talis persona sive homo staret prope domum suam per tres domos ad dictum bannum nullatenus teneatur. Et custodes qui erunt super custodiam terrae praefatae, teneantur jurare, custodiam eis imponendam facere diligenter et bona fide sine fraude, et quos (4) invenerint per Terram praefatam ire contra formam praedictum, denumptiare debeant potestati vel suae curiae, et stetur et credatur denumptiationi duorum de custodia, et habeatur pro plenea probatione. Et custodes qui contrafecerint condennentur qualibet vice in decem solidis denariorum: et notarius custodiae ab omnibus quos ipse vel sua familia invenerit ire contra praedictam formam auferat dictam poenam. Dummodo licitum sit omnibus de fraternitatibus ire per Terram diebus dominicis, et festivis postquam pulsatum fuerit ad (5) mattutinum canendo laudes ad honorem Dei, et illos decernimus esse de fraternitatibus quos (6) ~~per nomen~~ Prior fraternitatis ipsius nominabit. Et licitum sit Calzolariis dictae Terrae et eorum discipulis ire, et redire a domibus eorum, ad stationem eorum, et ab ipsis (7) stactionibus ad domum eorum sine poena, * et banno, Dummodo portent ignem ingem sive lumen palam

Cap.

Cap: 30

De Molestatione Tenutae

Item statuimus quod si aliquis molestaverit vel turbaverit alicui tenutam, de re mobili condemnetur in vigintis solidis denariorum, et si quis molestaverit ~~aut~~ vel turbaverit alicui tenutam de re immobili (1) condemnetur in centis (2) libris denariorum, et si quis abstulerit alicui tenutam de re immobili (3) condemnetur in vigintis quinque libris denariorum, et de re mobili in centis solidis denariorum. Et Si quis abstulerit tenutam de laboritio condemnetur in vigintis solidis denariorum, et semper restituat tenutam; Quorum bannorum tertia pars sit Communis et duae accusatoris. Salvo semper et reservato quod si aliquis accusatus fuerit de praedictis vel aliquo praedictorum, seu per inquisitionem procederetur contra eum ex officio Curiae, et voluerit ipsam tenutam (4) reassignare (reassignare), et restituere cum effectu illi cujus esset infra quatuor dies post accusationem fiendam, de accusatione, vel inquisitione facta de eo, ad poenam neque bannum non teneatur

(1) B'' manca condemnetur
(2) B'' solidis
(3) B'' manca condemnetur
(4) B'' reassignare

Cap: 31

De Elevatis de Appretio

Item statuimus quod quicumque fuerit levatus de appretio Communis Hispelli a quatuor annis citra faciat se poni, et nihilominus solvat dativam ab illo anno citra quo fuerit elevatus, et in illo loco reponatur, et sic de singulis annis potestas faciat incontinenti cum aliquis denumptiaverit aliquem coram eo, qui non sit ~~aut~~ vel ~~non~~ fuerit appretiatus in brevi appretii Communis praedicti; et bona stabilia habeat in districtu ejusdem, ~~aut~~ vel in Hispello, dictum talem in brevi appretii communis praefati reponi. Et quicumque non fuerit appretiatus in libra appretii dicti Communis infra quindecim dies post introitum potestatis (5) assignet (assignet) se potestati et faciat se poni in dicta libra, et qui

(5) B'' assignet

qui contrafecerit condemnetur in centis solidis denariorum, et non habeatur pro Hispellano sed per forense, et ut forensis habeatur et tractetur in Hispello. Et quilibet possit esse accusator, et habeat medietatem banni, et teneatur secretus. Et quicumque non solverit dativam in Hispello non possit esse in aliquo officio communis praedicti, et qui talem offenderet punietur ac si offenderit forensem. Et si aliqua persona non solvisset dativam a decem annis citra de bonis suis, quod teneatur et cogatur ad omnes dativas praeteritas ~~et~~ non solutas a dicto tempore citra et cum quarto pluri, et ad solvendum cogatur per notarium executionum dicti communis infra duos menses post tempus praesentis statuti, poena vigintarum quinque librarum denariorum. Et quod praedictus potestas det consilium auxilium et favorem. Et nihilominus si aliquis daret damnum in possessionibus (1) dicti dativam non solventis non teneatur ad poenam. Et potestas teneatur scribi facere per notarium suum, vel notarium reformationum bannimenta quae fierent de solutione dativae imponendae, et impositae. Et quicumque non solverit partem sibi (2) contingentem contingeret post tria bannimenta, quorum unum sit peremptorium infra unum mensem, subjaceat poenis praedictis, non obstante quod aliquod debeat recipere a communi

* Cap: 32
Ut mittatur pro accusato

Item statuimus quod potestas et notarius damnorum datorum teneantur mittere pro accusato vel denumptiato, si quis de furto vel alio ~~aut~~ maleficio ~~alio~~ ~~fuerit~~, et cum venerit accusatus vel denumptiatus, prius recepta excusatione vel habitis (3) fidejussoribus ipsius teneatur et debeat intelligere ejus rationem tam in damnis datis, quam in maleficiis, nisi talis dictus accusator, vel denumptians prae

(1) B' manca dicti

(2) B'' sibi contingentem

(3) B'' fideiussoribus

* Nel B' forse per un errore del rilegatore i capp. 32 fino al 45 del libro II si trovano inseriti dopo il cap. VI del libro I

præfatus accusatus vel denumptiatus infra terminum per judicem potestatis, vel notarium damnorum datorum prefixum probaverit legitime esse veram. Quod in maleficiis per judicem potestatis comdennetur in decem libris denariorum, + quorum bannorum medietas sit communis, et alia medietas sit accusatoris vel denumptiantis. Et si potestas fuerit negligens in prædictis perdat de suo salario deces libras denariorum

+ et in dictis damnis datis puniatur per Notarium damni dati in quadraginta solidis denariorum

Cap: 33

De non vendendo unam et eamdem rem diversis personis

Item statuimus quod nullus debeat unam et eamdem rem pluribus et diversis personis immobilem vendere, et qui contrafecerit comdennetur in decem libris denariorum, et restituat venditor ultra ~~primo~~ emptori pretitum secundum formam contractus habiti inter eos, et penam stipulatam solvere teneatur eidem. Et potestas cogat talem venditorem ad solvendum dictum penam ultra ~~primo~~ emptori in persona et rebus. Et si quis vendiderit aliquid quod non habuerit solvat duplum extimationis dicta rei, et nihilominus id quod (1) vendemtur dare teneatur emptori primo, infra octo dies a die venditionis facta. (2) Terrain ~~rigena~~ de mobili a decem solidis infra non solvat bannum, a decem solidis supra solvat deces solides. Ceterum quicumque locaverit unam et eamdem rem diversis personis, nomine laboritii ~~aut~~ vel alia causa solvat dictum bannum, et nihilominus remaneat res penes illum qui primo conduxit, quorum bannorum tertia pars sit communis, et due accusatoris ~~aut~~ vel (3) injuriam passi, et hoc locum habeat in preteritis præsentibus et futuris

(1) B" venderetur
(2) B" terrigena
(3) B" iniuriam

Cap: 34

Contra Forenses

Item statuimus quod si aliquis Forensis in Hispello vel ejus districtu fecerit (4) injuriam alicui Hispellano dicto vel facto puniatur

(4) B" iniuriam

atur in quadruplum quam Hispellanus si capi poterit, et si capi non poterit exbandiatur in dicto banno ut dictum est, et quilibet Hispellanus percussus a dicto Forense possit eum impune, offendere et impedire, et quislibet teneatur dictum forensem impedire juxta posse ad penam centis librarum denariorum. Et si Forensis fecerit aliquam injuriam alicui Hispellano suasione alicujus aut pretio aut precibus, idem suadens ad cujus petitionem predictus forensis predicta commiserit, teneatur ad illam penam ad quam dicebus talis Forensis teneretur. Et si Forensis aut Hispellanus, offenderet aliquem Hispellanum pretio cum sanguinis effusione, si capi poterit sibi caput a spatulis amputetur ita quod moriatur, et si capi non poterit sit perpetuo exbanditum de Hispello et ejus districtu. Et qui eum receptaverit, si fuerit consanguineus illius, qui pretio committi fecerit tale maleficium in quatuorcentis libris denariorum condennetur. Et si forensis fecerit aliquam brigam cum Hispellano et non constrinserit se in curia prefati communis, et de commissione ejusdem dictum bannum non solverit, condennatione facta de aliquo Hispellano nulla fiat exetio ex ipsa, immo suspensa remaneat usque quo Forensis suam solverit condennationem. Et si Hispellanus pro Forensi fidejusserit pro maleficiis ad illam penam teneatur ad quam ille talis Forensis solvere teneretur, si Forensis non solveret. Et per hoc Capitulum aliis Capitulis et Statutis majorem penam quam de supradictis delictis imponentibus minime derogetur

Cap: 35

Contra malas mulieres

Item statuimus quod nulla meretrise, nec mulier male conditionis et fame, nec habitare possit neque debeat inter muros veteres Terre Hispelli, et si aliqua habitaverit in decem libris denariorum condennetur, et potestas teneatur de predictis inquisitionem

sitionem facere, et repertas culpabiles punire, et condennare in poenis praedictis

Cap: 36

Ut procedatur de similibus ad similia

Item statuimus, et ordinamus, quod potestas Terrae Hispelli possit et debeat procedere in maleficiis de similibus ad similia, de quibus non fieret expressa mentio in statutis, et illud intelligatur esse simile, quod (1) possit reduci ad jus commune.

Cap: 37

Si quis negaverit aliquem esse Notarium

Item statuimus quod si quis aliquem negaverit esse notarium, de quo sit publica vox et fama ipsum esse (fuisse) notarium, et probatum fuerit per publicam famam, vel negaverit filiationem alicujus ~~aut~~ affinitatem (fraternitatem) de quo sit publica vox et fama, quod sit filius ~~aut~~ vel frater, vel negaverit aliquem esse officialem communis praefati vel fuisse, et postea fuerit probatum, condennetur (2) qualibet vice in decem libris denariorum. Et in praedictis sufficiat probatio patris ~~aut~~ vel matris, et hoc locum habeat inter Hispellanos, et in questionibus non finitis et futuris

Cap: 38

De absolutionibus Potestatis et aliorum Officialium

Item statuimus quod potestas judex nec non alii officiales Communis Hispelli non possint absolvi nisi primo adrationati fuerint de omnibus et singulis, quae debuerint ex forma Statuti dicti communis. Et qui fuerit (3) (4) Sindicus electus ad sindacandum dictos officiales ~~aut~~ vel aliquem ipsorum teneatur observare omnia et singula contenta in statutis de (5) hujusmodi materia loquentibus, et si non observaret, ~~aut~~ vel (6) negligens esset, aut fuerit in observando condennetur in viginti quinque libris denariorum

Cap:

(1) B'' reduci

(2) B'' la c. 18 r presenta un taglio trasversale sulla parte destra, in basso; da questo punto fino alla fine del cap. si è supplito col testo del B''

(3) B'' manca alicuius

(4) B'' Syndicus

(5) B'' huiusmodi

(6) B'' negligens esset vel

Cap: 39

De Extrahentibus Grassiam

Item statuimus quod quislibet de Ci=
pello et ejus districtu, possit de dicta Ter=
ra et ejus districtu extrahere Grassiam
scilicet bladum, oleum, caseum, caprios
vel agnos, ova, carnes, vinum, et cujuscum=
que alterius Grassiæ generis, extrahi facere
libere et impune

Cap: 40

De Conductoribus agrorum

Item statuimus, quod laboratores, vel con=
ductores agrorum, vinearum, et aliarum re=
rum non vendembient, neque metant fabas,
vel alia legumina sine requisitione Domi=
ni rei, vel ejus praesentia, aliqua occasione
et qui contrafecerit condemnetur (1) in qua=
draginta libris denariorum, et si quid fra=
udaverit emendet. Et idem dicimus de fruc=
tibus arborum, cujus poenae tertia pars sit
communis et duae accusatoris. Conductores
vero rerum praedictarum, et aliarum et
molendinorum debeant conservare in bono
statu res per eos conductas, sicut ordina=
tum fuerit inter partes, et manutenere
seneitates et fosseata, et teneantur pos=
sesionem in alium non (2) transferre, et qui
contrafecerit condemnetur in centum soli=
dis denariorum, et ipsam transactionem
reducere in pristinum statum teneatur,
et possessionem restituere primo domino.
Et si dominus proprietatis perderet ali=
quid de re locata per negligentiam vel fra=
ude conductoris, de suo ~~teneatur~~ conductor
emendare. Et similiter si conductor dimise=
rit, ipsam rem locatam, et non laborave=
rit sua negligentia. Et si dominus proprie=
tatis perderet granum, aut alios fructus
de re locata, conductor emendet damnum
domino proprietatis, et qui contrafecerit
in viginti quinque libris denariorum con=
demnetur quorum bannorum tertia pars
sit communis, et duae accusatoris, et con=
ventio

(1) vedi nota (2) della pag. prec. Da qui alla parola trasferire è seguito il testo del B.

(2) B. transferre

[marginal corrections: "angios" above "agnos"; "m et" above "vel fra"; "teneatur" in right margin]

ventio semper sit firma. Et si conductor fue rit molestatus in re sibi locata significet domino proprietatis. Et si conductor non laboraverit rem sibi locatam, et steterit per eum liceat domino proprietatis rem apprehendere, et intrare tenutam, et possessionem suam auctoritate propria, et rem auferre dicto conductori, aliqua conventione inde facta non obstante, et hoc locum habeat in praeteritis, praesentibus et futuris

Cap: 41

De Copiis dandis

Item statuimus quod potestas, notarius damnorum datorum, et quilibet ipsorum teneatur dare copiam accusationum, denumptiationum, et inquisitionum, et excusationum, et aliorum actorum habitorum, et factorum coram eis, et suis Officialibus ea die, qua homo se excusaverit, aut etiam quocumque modo illi cui interest et placuerit: et accomodare librum ubi scripta sunt acta praedicta notario, de quo contentus erit ille cui interest, et si praedicta non fecerit, aut recusaverit dare pro copia exemplanda, nullo modo possit procedere donec copiam prius habeat ille cui interest, et interim tempus vel terminus non decurrat, et si aliquis ipsorum officialium in aliquo contrafecerit, ipso jure sit nullus ipsus processus, et nullius valoris.

Cap: 42

Ut nullus recipiat accusationem

Item statuimus quod nullus Hispellanus recipiat ab aliquo forense qui non sedeat in libro appretii dicti Communis procurationem nec advocationem contra aliquem Hispellanum nisi esset de voluntate ipsius Hispellani contra quem fieret. Et nullus de Hispello vel ejus districtu accusationem vel procurationem contra forensem Hispelli habitantem recipiat, et qui contrafecerit condennetur nomine banni in decem libris denariorum, et hoc locum non habeat nisi essent duo vel tres in solidum obligati a

licui

licui extraneo, quorum ille qui convinctus es-
set possit accipere accusationem vel procu-
rationem ab illo cui solutum fuerit contra
suum socium ad recuperandum id quod pro
eo solverit, nec habeat locum pro debito
contracto cum aliquo forense: cujus banni ter-
tia pars sit communis et duae accusatoris. Et
nullus judex, notarius, aut aliquis, recipiat
de Hispello contra aliquem Hispellanum ac-
cusationem de aliqua condemnatione, vel
denumptiatione, vel parte ipsius facta aut
fienda. Nec aliquis Hispellanus debeat ip-
sum jus recipere, nec alicui concedere, aut ven-
dere, aliqua causa, et qui contrafecerit, tam
vendens et concedens, quam emptor et re-
cipiens condemnetur pro qualibet vice in de-
cem libris denariorum, cujus condemnationis
tertia pars sit communis, et duae accusato-
ris. Et dicimus quod si pars contingeret par-
ti de condemnatione per parte alicui vendere-
tur sive concederetur vel aliquo modo daretur,
quod ipso facto vendens, concedens, vel dans
cadat a jure suo dictae partis, et medieta-
tem ipsius partis sibi contingentem de con-
dennatione, condennato adjudicamus, et aliam
communi praefato quam pro Communi Potes-
tas et sui officiales exigere teneantur. Et
nemo cedat alicui extraneo, + aut personae, aut
curiae vel rectori, aut clerico jura quae ha-
beret contra praefatum Commune, et si con-
cederet in centis libris denariorum con-
dennetur. Et nullus debitor forensis pos-
sit publice costringi per aliquo debito, si
debitus fuerit factus alibi quam Hispel-
lo, et hoc locum habeat in praeteritis
praesentibus et futuris. Addicientes quod
hoc Capitulum locum habeat contra illos
qui extati de aliqua Terra ubi esset simi-
le Statutum, alias servetur illud sta-
tutum quod est in illa Terra illius
Forensis contra Forensem Terrae illius Fo-
rensis

+ aut Communi

Cap.

Cap: 43

Contra Forensibus de quibus Dubitatur.

Item statuimus, quod si aliquis Forensis esset vel erit in Hispello de quo aliquis Hispellanus dubitaret sibi offendi, potestas cogat ipsum ad dandum fidejuxorem de non offendendo, si dare poterit, et si non poterit potestas possit et debeat ipsum expellere de dicta Terra, et exbanniri de Hispello in centis libri denariorum. Et si postea venerit vel steterit in Hispello talis petens fidejussionem possit eum offendere sine pona, et banno, et quicumque eum receptaverit comdennetur in centis libris denariorum; et quilibet de predictis possit esse accusator et habeat duas partes banni, non obstante aliquo capitulo quod in contrarium loqueretur. Volumus etiam quod si aliquis Hispellanus, aliquem forensem advenam juraverit habere suspectum, aut esse coram judice Communis Hispelli, qui judexe teneatur ipsum Forensem incontinenti de dicta terra et ejus districtu expellere, et si post tres dies fuerit inventus arma portare pro quolibet genere armorum comdennetur in quadruplum pona, et hoc intelligatur contra illos qui habitaverint in Dicta Terra a tribus annis citra.

Cap: 44

De Juribus et Possesionibus Communis conservandis

Item statuimus ad hoc ut Commune Hispelli, et jura ipsius conserventur illesa, quod Casalena sive terrenum totum aut in parte intus aut extra Hispellum, spetialiter casalenum, quod est in Planello, et ubicumque per potestatem, consilium, vel commune nemini concedatur. Et potestas et caeteri alii officiales dicti communis, teneantur et debeant omnia bona ipsius Communitas intus quam extra Hispellum, manutenere, et gubernare, et conservare in bono Statu

pro

pro ipso communi, et si de predictis aut aliquo predictorum, aliquis habeat seu teneat aliquod occupatum, aut impeditum, communi prefato restituat, et reassignet infra quindecim dies postquam fuerit sibi notificatum per potestatem vel judicem aut alterum ipsorum; et si contrafecerit in centis libris denariorum condennetur et nihilominus, illud quod fuerit occupatum vel aprehensum quomodocumque, potestas per sindicum communis faciat reapprehendi; et si per aliquod impedimentum, esset impeditum, vel ibi edificatum fuerit post dictum terminum, sine medio faciat illud tolli, aliqua prescritione temporis non obstante, et quicumque non mitteret quod apprehendisset, et fuerit ipsa de causa condennatus, et de ipsa condennatione appellaverit, quicumque voluerit dato quod non intersit ejus aliquatenus possit, expensis communis, ipsam causam defendere. Et potestas teneatur vinculo juramenti facere mittere terminos lapideum ad renam et calcem, et altos supra terram duobus pedibus, ad dividendum terrenum communis a spetialibus personis, per quos non mittatur, et de eorum salario remaneat in providentia Priorum dicte Terre

Cap. 45

De ludo Taxillorum

Item statuimus quod potestas possit procedere per denumptiationem, et etiam inquirere ex suo officio contra ludentes ad ludum, taxillorum, azardum, birrium et periculosum aut aliud quoequale, nec non contra tenentes ludum in domo, et nulla persona terrigena vel forensis ad ludum taxillorum, azardum aut simile ludere, aut esse in manu inter aliquos ludentes ad dictum ludum, nec ipsis ludentibus taxillos denarios aut aliquam rem commodare, aut prestare, nec aliquam sententiam inter ludentes ferre; et qui contra predicta

aut

aut aliquid predictorum fecerit tam terrigena quam forensis in centis libris denariorum communi predicto condennetur per potestatem, et officiales predicti, et quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni, si infra decem dies hujusmodi contrafacientes accusabit, et probabit accusam per duos testes ad minus. Et de inventione predictorum ludentium, predicta, aut aliquid predictorum committentium stetur et credatur relationi duorum de familia domini Potestatis. Sit tamen licitum cuilibet ludere ad tabulas in stradis et plateis, et relaustris sine pena et banno)

Cap. 46

Contra Receptantes exbannitos

Item statuimus quod nulla persona de Hispello, vel ejus districtu receptet in domo sua, quam habitaverit aliquem exbannitum communi prefati pro furto, robbaria, homicidio, prodimento, fractione pacis aut aliquo ipsorum, maliciose vel studiose, ita quod scienter comedat, aut hospitetur cum eo ad penam quingentarum librarum denariorum. Et dicimus locum habere predicta in associantibus homicidas aut alium exbannitum pro robbaria, furto, aut sanguinis effusione scienter, et quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni, et teneatur secretus. Super quibus dominus potestas possit procedere per inquisitionem ex suo officio quomodocumque, et quando sibi videbitur et placebit, et delinquentes punire et condennare, ut superius est expressum, et condennationes exigere pro communi. Et hoc locum habeat in Hispello et ejus districtu, de partecipantibus inter Hispellanos. Exbannitos vero dicimus omnes, qui reperiuntur exbanniti vel condennati in libris communis Hispelli. Et dicimus quoque omnes exbanniti, et rebelles Sanctae Romanae Ecclesiae, qui sint et habeantur pro exbannitis et rebellibus

dicti

dicti Communis, et quod nulla persona de Hispello vel ejus districtu audeat aut presumat cum eis aut aliquo eorum conversare, vel dare auxilium, consilium et favorem ad penam quingentarum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Et si ex forma alicujus Statuti hujusmodi delinquentibus imponeretur major pena, potestas possit predictos in dicta majori pena punire.

Cap. 47

Qui offendere valeant exbannitos

Item statuimus quod cuilibet de Hispello et ejus districtu sit licitum offendere in personis et rebus omnes et singulos exbannitos dicte Terre, et ejus districtus occasione alicujus maleficii, salvo mortis periculo sine pena et banno. Et si occasione alicujus homicidii, proditimenti, incendii, robbarie aut alterius eorum, aliquis fuerit exbannitus, sine pena et banno possit offendi, et talis offensor aut offensores occasione offense et damnificationis per eos aut aliquem eorum facte in persona hujus exbanniti, non teneatur ad penam; si offensor aut offensores damnificati essent in persona, bonis aut rebus dictorum exbannitorum, quod occasione prefata teneatur illum aut illos omni tempore conservare indennes

Cap. 48

De Arbitrio Potestatis

Item statuimus quod pro bono, et pacifico Statu Communis Hispelli, quod quicumque non obedierit potestati, judici, et notario ipsius et notario damnorum datorum, aut alteri ipsorum quocumque modo aut qualitercumque per eos, aut alterum ipsorum injunctum et mandatum fuerit alicui vel aliquibus de aliquid faciendo, vel non faciendo, quod vadat et non vadat, quod stet, et non stet discedat, vel non discedat, veniat aut non veniat, juret et non juret, quod ipse potestas vel officialis aut alter ipsorum possit

cum

eum condennare in centis libris denariorum si in ipso praecepto qualis qualis causa inseratur, et si praeceptum fuerit, vel scriptum per notarium Curiae valeat et teneat sicut scriptum esset per aliquem notarium communis; dummodo locum non habeat contra Priores Populi dictae Terrae

Cap: 49

De Frangentibus carceres

Item statuimus quod nulla persona terrigena vel forensis franget aut frangere valeat carcerem Communis Hispelli cum in ipso aliquis homicida jaceret, et si quis frangerit aut extraherit aliquem homicidam de dicto carcere, aut causa fractionis carceris factae homicida aufugeret, puniatur et condennetur in ea pena, qua deberet puniri et condennari homicida praedictus et eam solvere teneatur de quolibet homicida tantum; et nihilominus potestas debeat procedere contra ipsum homicidam qui jaceret in ipso carcere. Si vero fractor carceris repraesentaverit quem aufugerit infra quintum diem, si fractio de die facta fuerit solvat nomine banni quingentas libras denariorum, si de nocte centas libras denariorum; si vero non repraesentaverit teneatur ad poenam superius in praecedenti capitulo nominatam. Et quicumque in praedictis dederit auxilium consilium et favorem solvat et solvere teneatur Communi praedicto quingentas libras denariorum, salvo semper personis, et personarum delicto. Et si quis frangeret carcerem praedictum, et extraherit furem aut fures, latronem, rubbatorem aut proditorem aut qui culpatus esset hujusmodi maleficii, aut alterius cujuscumque occasione, solvat poenam, quam malefactor qui jaceret in carcere solvere teneretur, et omnem condennationem, quae de ipso deberet fieri. Et si quis extraherit aliquem qui in ipso jaceret pro debito solvat id quod ipse talis solvere suo creditori

tori deberet, et Communi nomine banni sol-
vat quingentas libras denariorum. Et po-
testas super predictis possit procedere per
inquisitionem ex suo officio, et punire con-
trafacientes; et quilibet de predictis pos-
sit esse accusator, et teneatur secretus.

Cap. 50

De exeuntibus de carceribus

Item statuimus quod nullus possit gra-
tis de carceribus communis Hispelli relaxa-
ri nisi prius ante ipsam relaxationem in ip-
sis detentus steterit uno anno continuo, et
nisi etiam haberet a parte cui pars compe-
tenit ei pro quo esset carceratus remissionem.
Volumus etiam quod quicumque de ipso car-
cere amore Dei semel fuerit relaxatus, de
cetero non possit neque debeat relaxari de
ipso carcere. Et qui contra predicta consu-
luerit, et arrengaverit in decem libris de-
nariorum communi predicto condennetur. Et
priores consentientes ad predicta incurrant
penam pro qua teneretur ipse carceratus, et
in qua per potestatem debeat condennari

Cap. 51

Contra Filiosfamilias et mutantes sibi Nomen

Item statuimus quod quandocumque con-
tigerit quod potestas vel alii officiales His-
pelli, et Communis procedat contra aliquem
minorem pro aliquo maleficio aut injuria, seu
processu, aut processissent temporibus retroac-
tis, quod processus hujusmodi valeant et te-
neant, non obstante, quod pater non consense-
rit filio in potestate sua permanente, vel
quod minor non juraverit non venire contra
occasione minoris etatis, et non obstante
quod aliqua solemnitas juris fuerit obmis-
sa, aut non servata exceptione benefitij res-
titutionis in integrum, volumus non obsta-
re. Volumus etiam quod quicumque de His-
pello, vel forensis nomen sui patris muta-
verit, interrogatus ab officialibus Commu-
nis Hispelli, aut aliquo eorum in decem li-
bris

bris denariorum comdennetur, et super hoc Potestas et sua curia per inquisitionem possit procedere, et delinquentes comdenna=re in dicta pœna, et quilibet possit esse accusator et habeat medietatem banni

Cap. 52

De pœna portantium arma ~

Item statuimus et ordinamus quod nullus terrigena vel forensis audeat vel præsumat per terram Hispelli, a Carbonariis Hispel=li intus portare aliquod genus armorum de=fensibilium et offensibilium; et qui con=trafecerit, aut portare inventus fuerit per familiam potestatis, de qua portatione, et inventione stetur et credatur relationi duo=rum de familia potestatis prædicti, pro quo=libet genere armorum offendibilium comden=netur Cammerario dicti Communis pro com=muni recipienti; si fuerit forensis in centis libris denariorum, et si fuerit aliquod genus armorum defensibilium pro quolibet gene=re in quingentis libris denariorum. Si vero fuerit terrigena pro quolibet genere dicto=rum armorum offendibilium in quingentis libris denariorum, et pro quolibet genere dic=torum armorum defendibilium in vigintis quinque libris denariorum cammerario dicti communis pro dicto communi recipienti solvere teneatur. Et si aliquis fuerit inventus con=tra formam prædictam portare Beccacene=rem, mazzam ferratam, sive bastonem de ferro, accettam, falcionem, mannariam, aut clavim de ferro ponderis unius libræ ad mi=nus, vel aliquod prædictorum, duplicem pœnam tam terrigena, quam forensis sol=vere teneatur. Quas pœnas potestas dictæ Terræ vel ejus Vicarius sine aliqua dimi=nutione a contrafacientibus summarie et de facto integras accipere teneatur. Et dicimus quod nullus audeat vel præsumat portare per dictam Terram a Carbonariis intus aliquem Cultellum acutum uno palmo manica mensurata ad pœnam vigin=

tarum

tarum librarum denariorum, et dictæ pœnæ duplicentur de nocte, et arma sic accepta et inventa deveniant in commune. Salvo quod licitum sit arma offendibilia cuilibet a Cammerario Communis præfati per decem libras denariorum pro quolibet genere armorum recolligere; et quodlibet genus armorum defendibilium pro medietate. Cultellinus vero non deveniat in commune, sed debeat expuntari. Salvo tamen et reservato in omnibus supradictis pœnis quod Forensis in eundo et redeundo in itinerem per stradam, et quilibet in eundo et redeundo extra Carbonaria, ante dictas possit libere, et impune arma portare, dummodo prædicti euntes et redeuntes extra prædictas Carbonarias portent publice et non occulte, galerum, zappam vangam, roncam, falcem aut aliquod prædictorum sine barlictum seu barlectum, aut si quam præsumptionem faciant de eundo aut redeundo foras, aut de foris. Et si prædictus galerum aut aliquod prædictorum non portaverit, et inventus fuerit cum aliquo genere prædictorum armorum, et voluerit ille talis probare idonee quod de foris veniebat aut ibat, potestas vel ejus Curia admittat intentionem suam, et sufficiat probatio unius testis; et potestas nec aliquis officialis dicti Communis possit alicui forensi dare licentiam arma portandi, nisi satisdet idonee de non offendendo aliquem, et si contrafecerit potestas perdat de suo salario pro qualibet vice decem libras denariorum. Dummodo hoc locum non habeat contra aliquos ambasciatores qui venirent Hispellum pro parte alicujus Civitatis, de quibus remanere volumus in providentia Potestatis aut ejus Vicarij. Et contra prædicta potestas vel ejus Vicarius, et alii officiales non possint licentiam faciendi petere in consilio aut arrenga. Et hoc Capitulum sit præcisum

Cap:

Cap: 53

De Sponsalitiis et matrimoniis

Item statuimus, quod si quis contraxerit matrimonium aut sponsalitia cum aliqua muliere patrem habente, vel avum aut aliquem ascendentem, sine presentia patris, avi, aut alterius ascendentis, et si predictos non habuerit, et habuerit patruos, sine presentia eorum aut alterius ipsorum, et si ipsos aut aliquem ex eis non habuerit, sine presentia et consensu aliorum consanguineorum suorum proximorum, aut aliquorum consanguineorum matris si habuerit, comdennetur nomine pene tam mulier, quam homo hujusmodi matrimonium contraentes vel sponsalitia, modo predicto non servato in quingentis libris denariorum; et notarius qui contra predicta contractum scripserit seu rogaverit comdennetur nomine pene in centis libris denariorum, et nullus contrahat cum aliqua muliere habente aliquem ex predictis consanguineis sine presentia duorum ex eis ad penam centarum librarum denariorum, et notarius qui scripserit hujusmodi contractum, aut aliquo modo factum cum aliquo filio familias, aut minore; aut aliqua muliere de nocte non servatis formis predictis, et infrascriptis comdennetur in viginti quinque libris denariorum, et quilibet qui interfuerit pro teste tantumdem. Et nulla persona tam terrigena quam forensis audeat vel presumat inire vel facere aliquem contractum, stipulationem, aut obligationem, seu contrahat cum aliquo minore vigintiquinque annis sine presentia potestatis vel Vicarii ipsius, aut judicis Communis predicti, aut duorum consanguineorum ipsius minoris contrahentis, aut cum aliquo filiofamilias, detractis sponsalitiis et matrimoniis in quibus servetur modus predictus cum permissione; et si contra predicta aut aliquod predictorum fieret, volumus contractus celebratus contra formam superius expressam sit ipso jure nullus, nec contraenti ex ipso contractu jus vel

actio

actio acquiratur, non obstante aliquo jura=
mento corporaliter, aut verbotenus praestito, et
nihilominus teneatur solvere nomine banni
prout est valor seu extimatio rei, seu quan=
titatis quae est in ipso contractu. Hoc sal=
vo quod filius familias vel minores merca=
tores publici aut artifices si essent, quod
possint libere contrahere; et contractus eo=
rum valeant et teneant non obstante aliqua
exceptione. Volumus etiam quod in omni=
bus supradictis contractibus mulier aliqua
non possit interesse per consanguineo, nec con=
sensum aut presentiam praestare, et hoc
capitulum sit praecisum, et contra hoc
non possit consilio aut arenga deliberari
et habeat locum in futuris

Cap: 54

Ut observentur bannimenta

Item statuimus, quod si potestas, judex et
notarius damnorum datorum Communis Hispel=
li vel alter ipsorum fecerit aliquod bannimi,
et in ipso bannimento imposuerit poenam qua=
libetcumque contra illos aut illum qui non ob=
servaverint id quod bannitum esset, aut praecep=
tum et praeconizatum per aliquem praeconem
communis praedicti ex parte alicujus officialis,
Praedicti potestas, et notarius damnorum da=
torum talem aut tales contrafacientes puni=
ant, et condennent usque in quantitatem in
qua praeconizatum fuerit; dummodo quantitas
bannimenti hujusmodi non excedat quantita=
tem centis libris denariorum, quod bannum
dicto facto tollatur. Et aliquod bannimen=
tum fieri non possit alicujus capituli praesen=
tis Statuti; et si fieret ex nunc decernimus
non valere

Cap: 55

De Facientibus violentiam
contra Familiam Potestatis et eis pignus
Renumptiantibus

Item statuimus, quod si aliquis abstule=
rit aliquem familiae potestatis, quem duxerint
ad palatium, aut ipsi famuli ducere vellent

vel

vel famuli notarii damnorum datorum, aut fecerit taliter quod dum duceretur aliquis aufugerit, ita quod non duceretur in fortiam dicti Communis, et officialis illius, talis auferens aut contrafaciens puniatur in poenis quibus deberet puniri aut solvere malefactor qui duceretur vel substineretur in palatio Communis praefati; et nihilominus condennetur in vigintiquinque libris denariorum, habita compensatione de qualitate personarum et negotii pro quo duceretur, et quod de praedictis stetur et credatur relationi duorum de familia Curiae, vel duorum bayulorum communis, cum uno teste bono et idoneo; et in simili poena puniantur qui in praedictis praestiterint auxilium, consilium et favorem. Et de praedictis potestas possit inquirere, capitulo aliquo non obstante quod in contrarium loqueretur. Et si alicui bayulo misso pro parte officialis praedicti Communis fuerit acceptum pignus, aut tenuta, accepta mandato dictorum officialium, aut alterius, per vim, vel se paraverit quod tenuta capi non possit in quadringentis libris denariorum vice qualibet puniatur. Et quicumque offenderet familiam potestatis aut notarii dannorum datorum, vel aliquem ipsorum dicto aut facto pro qualibet vice condennetur in duplici poena quam solvere deberet si offenderet Hispellanum. Et idem dicimus si offenderet notarium reformationum, Cammerarium, vel aliquem officialis alicujus Communis forensis. Et in omnibus supradictis teneatur pater pro filio usque ad legitimam. Et possit potestas de praedictis ex officio suo facere inquisitionem

Cap: 56

De Offendentibus extra districtum Hispelli

Item statuimus quod quicumque Terrigena aut forensis commiserit homicidium aut aliquod alium maleficium cum sanguinis effusione aut sine in persona alicujus Hispellani in quocumque loco extra districtum dictae Terrae, condennetur in illa poena quam talis

lis malefactor solvere deberet si committeret in Hispello vel ejus districtu secundum formam Statuti. Et potestas et ejus curia possit procedere in talibus ex officio suo, et talem malefactorem condennare, et condennationem exigere pro Communi, et sufficiat in tali maleficio si talis malefactor fuerit citatus in palatio Communis Hispelli pro precone communis praedicti, sono tubae praemisso, ac si publice esset inventus seu requisitus, et quicumque eum ceperit seu duxerit in fortiam Communis, sine apodissa aliqua facienda habeat de bonis communis quingentas libras denariorum, quas Cammerarius Communis de avere communis praefati eidem dare debeat, et solvere teneatur. Et qui talem malefactorem receptaverit in Hispello aut ejus districtu solvat nomine banni centas libras denariorum. Si vero aliquis Hispellanus offenderet aliquem forensem extra Districtum Hispelli, aut aliquem exbannitum Communis praedicti, et occasione offensionis fuerit condennatus in loco commissi maleficii, aut alibi per aliquem judicem competentem, quod in Hispello nullatenus condennetur.

Cap: 57
Quod Quislibet teneatur trahere ad rumorem

Item statuimus quod si in tenimento aut in territorio Communis Hispelli fuerit facta aliqua violentia seu offensam in personam alicujus Hispellani, illi de contrada ire debent et succurrere ad illum locum et dare auxilium consilium et favorem illi Hispellano offenso juxta posse ad poenam centarum librarum denariorum: et quislibet de Hispello teneatur ire et debeat trahere ad rumorem in quacumque parte seu loco esset per terram praedictam, et impedire juxta posse illos quorum occasione rumor insurgeret; et si ad rumorem perculeret aliquem qui non permitteret se capi ad poenam aliquam non teneatur.

Et

Et potestas teneatur, et debeat facere inqui=sitionem contra illos, qui non traherent ad rumorem, et ipsos punire secundum formam dicti Statuti, scilicet in centis libris dena=riorum pro quolibet et qualibet vice. Et custodes portarum teneantur sub dicta poena dum aliquis rumor insurgeret in dicta terra claudere portas ne malefactor possit exire. Et dicimus quod si dicti tales trahentes ad rumorem in dicta Terra Hispelli et ejus districtu, aliquod dicta de causa damnum recipient, quod per Commune praedictum con=serventur indemnes. Et hoc Capitulum publi=ce legatur in consilio in principio regiminis potestatis.

Cap: 58

Quod nullus laboret bona exbannitorum

Item statuimus quod nulla persona audeat vel praesumat laborare ratione affictus, aut alia ratione bona alicujus exbanniti, vel con=dennati Communis Hispelli occasione furti homicidij, robbariae, praedimenti aut gravis criminis, nisi condennatione pendente per ap=pellationem, nec tali laboranti dare auxi=lium, consilium et favorem, et qui contra=fecerit condennetur in vigintiquinque libris denariorum. Et de praedictis inquiri debeat per notarium executionum tam cum accusa=tione, quam sine, et quilibet possit esse accusator et habeat duas partes banni.

Cap: 59

Quod valeat testimonium Minoris et de Poenis ipsorum

Item statuimus quod in causis crimina=libus minores quatuordecim annorum, dum=tum non sint minores decem annorum pos=sint testificari, et eorum testimonium va=leat et teneat ac si essent majores vigintø=rumquinque annorum. Minores autem qua=tuordecim annorum, si sunt septem anno=rum et ab inde superius teneantur pro damno dato, et in eadem poena qua teneren=tur

tur majores

Cap: 60

De Beneficio Confitentis, et Solventis infra Terminum

Item statuimus quod si aliquis accusatus vel denumptiatus de aliquo maleficio, crimine, aut damnodato aut inquisitum fuerit contra eum, et tempore suæ accusationis, et juramenti præstiti super ipsa voluerit sponte maleficium confiteri, et confessus fuerit, sine aliqua exceptione, et condennatione sponteneus solverit infra decem dies a die latæ sententiæ, quod diminuatur sibi quarta pars condennationis de eo fiendæ, et si noluerit confiteri seu confessus non fuerit sine aliqua exceptione, et probatione facta testificatur ipsum maleficium commisisse seu damnum dedisse in quattuor pluri ejus pæna qua deberet condennari pro ipso maleficio, secundum formam cujuslibet Capituli Statutorum condennetur, dummodo confessio facta post primam accusationem non relevet eum a quarta. Et hoc capitulum habeat locum in maleficiis et condennationibus in quibus dat pænam a decem solidis supra. Quicumque autem aliqua de causa condennatus fuerit per Curiam Communis Hispelli, et suam condennationem de plano solvere voluerit Cammerario dicti Communis infra decem dies a die latæ sententiæ aut condennationis, de ipsa condennatione diminuatur sibi quarta pars dicto modo. De hujusmodi diminutionibus fiendis locum non habeat in condennationibus decem solidorum, et ab inde infra

Cap: 61

Contra Corruptores Officialium

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel præsumat per se aut alium tacite aut occulte corrumpere aut simulato modo subtrahere Potestatem, notarium damnorum datorum, aut aliquem alium

lium officialem dicti Communis Hispelli, dando aut dari faciendo eis, aut alteri ipsorum, aut alteri pro eis stipendium in pecunia vel rebus, aut alio quocumque modo promittendo aut promitti faciendo, et qui contrafecerit in vigintisquinque libris denariorum condemnetur; et si potestas vel alius officialis in praedictis aut aliquo praedictorum contrafecerit, consenserit, aut aliquod acceptaverit aut acceptare praesumpserit: quilibet contrafaciens perdat de suo salario quingentas libras denariorum, et quislibet de praedictis possit esse accusator, et habeat duas partes banni. Volumus autem quod si aliquis corrumperit potestatem aut aliquem alium officialem, et tempore quo dicti officiales sindacarentur, denumptiavet, vel dixerit sindaco Communis, qui esset ad sindacandum ipsos officiales: quod talis corruptor, et denumptiator, non teneatur ad poenam aliquam, non obstante particula qua cavetur quod solvat poenam

Cap: 62

De Offendentibus rebelles

Item quia retroactis temporibus, istigante humani generis inimico occasione rebellionum, aut in terra Hispelli habitantium, et aliquorum Hispellanorum, terrigenum et forensium contra Potestatem Communis Hispelli, et ejus curiam, et officiales, priores, et centossentuagintaquinque juratos, et etiam contra praedictos et commune praedictum, et Ambasciatores Civitati Perusiae et Spoleti: nonnullae per ipsos rebelles, et sequaces ipsorum injuriae et offensae reales et personales irrogatae fuere; ipsique officiales in defensa ad ipsorum, potestatis, Communis Priorum Populi dictae Terrae et ad istantiam ipsorum Ambasciatorum: deliberatum extiterit, et deliberari fecere per consilium generale et spetiale dicti Communis quod tunc erat: quod ipsos extraneos, et rebelles et ipsorum sequaces realiter, et personaliter offendi

pendi possint: et hujusmodi rebellium, et extrinsecorum predictorum, et sequacium offensione, offensor nullatenus teneatur, et contra ipsum procedi non possit; et processus contra ipsos offensores, factos habitos, vel fiendos et habendos nullam habeant firmitatem. Et volumus reformationem predictam esse in predictis omnibus observandam

Cap: 03

De Custodia Carceris

Item statuimus quod supra custodia carceris communis Hispelli et captivorum in ea jacentium talis modus servetur scilicet: Quod banniatur per totum Hispellum, publice per loca consueta: quod quicumque vult custodire carceres per totum annum et captivos, vadat coram Potestate nam plus offerenti dabitur. Dum ad ipsam custodiam esse non possit qui fuerit a quinque annis citra, nec possit alicujus ad ipsam custodiam faciendam costringi per se aut alium, nec ipse nec aliquis de sua familia, nec aliquis qui ad custodiam dicti carceris tenuerit. Et potestas antequam concedatur alicui custodia dicti carceris faciat inquisitionem de predictis, et si quis contrafecerit in vigintisquinque libris denariorum condennetur, et quilibet possit esse accusator et habeat duas partes banni. Et quicumque fuerit missus sub volta palatii communis pro aliquo maleficio sive damno dato aut alia causa ex officio Curia, solvat pro qualibet die sex denarios, et pro qualibet nocte sex denarios, et tantumdem solvat si fuerit missus pro aliquo debito ad petitionem alicujus, si fuerit solvendo, si vero non fuerit solvendo, solvat creditor suus aut ille qui fecerit eum detineri, aut costringi, antequam detentus relaxetur. Et talis custos teneatur representare captivum sibi datum aut recommendatum. Alioquin solvat ille custos, illud in quo condennatus aut condennandus esset captivus, aut illud debitum pro quo detinetur

tur. Salvo quod si potestas aliquem bayu=
lum, gualdarium, aut custodem noctis in
carcerem mitti fecerit, quod custos prima die,
et nocte non debeat a tali aliquid accipere
nec aliquis ipsorum aliquid solvere. Et nul=
lus qui esset custos aut ad eam custodiam
dicti carceris possit, nec debeat portare arma
offendibilia extra voltam palatii ad poenam,
quam alii Hispellani solvere tenerentur, et
non possit ei dari licentia per potestatem
dictae Terrae ad poenam quinquaginta viginterum librarum
denariorum, nec possit ipse custos ire post
tertium sonum campanae extra voltam
Palatii, et si contrafecerit solvat nomine
banni centas libras denariorum. Et si ipse
custos plus supra dicto salario accipiet pro
qualibet vice et quolibet captivo solvat decem
libras denariorum. Et si aliquis captivus de
dicto carcere aufugerit habeatur pro confesso
de omnibus et singulis pro quibus esset de=
tentus, et nihilominus solvat si aufugerit
de die, nomine banni quingentas libras dena=
riorum et si de nocte centas libras dena=
riorum, et custodes sive custos talem carce=
ratum repraesentare teneatur, et si non re=
praesentaverit ante condemnationem vel post
infra decem dies ad eamdem poenam, quam
talis detentus solvere deberet, eam pati
et solvere teneatur et debeat. Et si aliquis
carceratus in dicto carcere per commune Hi=
pelli gratis fuerit dimissus, et custodiam
non solverit nullo modo per communi Hi=
pelli et tali detento solvere teneatur, et hoc
exprimatur in contractu concessionis. Et si
aliqua mulier de dicta Terra fuerit ac=
cusata aut contra eam procederetur pro
aliquo maleficio, + potestas recommendet eam + et non poterit satisdare
illi qui eam voluerit retinere si fuerit
persona idonea. Volumus autem quod qui=
cumque emerit custodiam dicti carceris
communis, aut acceperit teneatur per se
et non per alium custodire, et qui con=
trafecerit tam substituens quam substi=
tutus

tutus centas libras denariorum solvere te=
natur. Et ipsi custodes non permittant
aliquem qui fuerit raccomandatum ipsis
a cancello, vel sbarris, seu steccato dicti
carceris exire sine licentia Potestatis si per
maleficio, si per debito sine licentia creditoris, pe=
na quingentis librarum denariorum; et
nihilominus custodes possint dictam poenam
a carcerato, si contra ipsorum voluntate ex=
tra dictos cancellos, sbarras, et steccatus exi=
verint accipere. Et sic in casibus supradic=
tis omnibus quislibet possit esse accusa=
tor et habeat medietatem banni. Et no=
tarius damnorum datorum de praedictis
teneatur quolibet mense facere inquisitio=
nem, et per accusationem procedere. Et
claves carcerum mulierum per cammera=
rium dicti Communis volumus detineri,
et quod mulieres jaceant in carceribus
divisis ab aliis carceribus ubi homines
sunt consueti jacere, quando costricti fue=
rint per officiales dictae Terrae. + Praedic=
+ ipsos retineant ullo modo, et ti custodes vero dicti carceris, + qui pro tem=
pore fuerint teneantur habere in ipso u=
nam lampadam in qua continue sit lu=
men accensum, dum in ipso aliquis jace=
bit, expensis ipsius custodis, et qualibet
vice qua inferrieverit, vel esferrieverit
aliquem, teneatur et debeat habere duo=
decim denarios pro quolibet inferrieto et
non plus. Et si contra praedicta aut aliquod
praedictorum fecerit in decem libris dena=
riorum condennetur

Cap. 64

De Furtis

Item statuimus quod si aliqua persona de
Hispello vel ejus districtu furatus fuerit
rem valentem a duobus solidis infra, de
nocte solvat nomine banni quadragintas soli=
dos denariorum, et si constiterit plura furta
fecisse fustigetur per totum Hispellum. Si
vero furatus fuerit rem valentem a duobus
solidis supra usque in vigintis solidis solvat
decem

decem libras denariorum, si de nocte. Si vero furatus fuerit rem valentem a vigintis solidis supra usque in decem libris denariorum, si de nocte in bisceentis libris denariorum. Si vero furatus fuerit rem valentem a decem libris supra usque in vigintis quinque libris, si de die solvat nomine banni biscentas libras denariorum, si de nocte nomine banni quatuorcentas libras denariorum. Si vero furatus fuerit rem valentem a vigintisquinque libris supra usque in quadragintis libris denariorum si de die solvat quatuorcentas libras denariorum si de nocte octocentas libras denariorum. Si vero furatus fuerit rem valentem a quingentis libris supra, solvat dictum bannum octocentarum librarum denariorum. Et semper in omnibus casibus supradictis fur emendet damnum illi cui furatus fuerit in quadruplum. Quorum omnium supradictorum bannorum, tertia pars sit communis et duo accusatoris, vel furtum passi. Et si accusator non esset sive damnum sive furtum passus, quislibet alius possit accusare. Et potestas aut judex procedat contra talem accusatum de furto, et si invenerit esse hominem malae famae, ponat eum ad tormenta, et confessio facta pro tormentis valeat et teneat ac si sponte fuerit facta; si in ipsa confessione malefactor persistat secundum ipsam confessionem malefactor judicari possit. Et si forensis furtum fecerit in Hispello, aut ejus districtu, solvat duplum in quolibet casu bannorum supradictorum. Et si forensis furtum fecerit alibi quam in Hispello vel ejus districtu puniatur ac si fecisset in Hispello.

Cap: 65

Contra

Turbantes bonum et pacificum statum Terrae Hispelli

Item statuimus, et ordinamus quod nulla persona terrigena vel forensis audeat aut praesumat bonum et pacificum statum

tum Terræ Hispelli turbare ducendo aliquam quantitatem forensium, et qui contrafecerit si capi poterit pœna capitis puniatur; et si capi non poterit exbanniatur de Hispello et ejus districtu, et omnia bona ipsius publicentur communi, et depingatur in palatio dicti communis, et si aliquo tempore pervenerit in fortiam communis dicti capite puniatur; et si potestas neglexerit in prædictis in biscentis libris denariorum puniatur. Addicientes quod illi intelligantur turbatores qui congregent ultra decem forenses in dicta Terra vel ejus districtu, et quando forenses starent in locis prædictis aut aliquo prædictorum; dummodo hoc locum non habeat si ipsi Forenses venirent Hispellum ad aliquod convictum convivium seu nuptias, et habeant licentiam a Dominibus Terræ Hispelli. Et potestas teneatur de prædictis inquisitionem facere omni mense, et delinquentes punire in pœnis prædictis, et in centis libris denariorum. Et ipsos turbantes et turbari volentes bonum et pacificum statum dictæ terræ, in faciendo, mittendo, aut tractando contra ipsum commune, et populum aliquod in præjudicium ipsorum, aut alterius eorum possit confinare, et ad confinia mittere, pro libito voluntatis, non præjudicando Capitulo aliquo facto aut fiendo circa alias pœnas contra prædicta facientes, invitantes, et non obstante aliquo capitulo ubi tractaretur de confinibus imponendis

Cap: 66

Contra facientes conventiculas

Item statuimus quod nullus audeat vel præsumat in aliqua domo dictæ Terræ vel ejus districtus, seu alio loco facere, aut congregare aliquam conventiculam, aut congregationem, ubi et inter quos ratiocinerut, diceretur tractaretur aut ordinaretur aliquod fieri contra præsentem statum dictæ Terræ, et dictum Commune, aut spe-

tialis

tiales personas ipsius, et quicumque contra=
fecerit, et in dicta congregatione vel con=
venticula steterit pœna mille librarum
denariorum puniatur. Si vero in fortiam
Communis minime venerit, et pœnam præ=
dictam non solverit, sit perpetuo pro
proditorem et rebellem dicti communis ex=
bannitus, et bona ipsius omnia deveniant
in communi. Et dictus talis malefactor
nihilominus a parte exteriori Palatii di=
cti Communis dipingatur pro proditore et
rebelle, et exbannito dicti Communis, et
nomen ejus super caput dipingatur, et
scribatur dicendo = Ego sum talis prodi=
tor Communis Hispelli = Addicientes in=
super quod dicta talis domus et locus ubi
prædicta committerentur, funditus destru=
atur, et bona quæ in ipsa domo, et loco
invenirentur devenire debeant in Commu=
ne.

Cap. 67
De Registro Communis

Item statuimus quod pro evidenti utilita=
te et necessitate Communis Hispelli infrascri=
pta privilegia, quietationes, et scriptura uti=
les, pro communi prædicto conserventur, et
manuteneantur in bono Statu, et registren=
tur si registratæ non sunt in cartis pecu=
dinis, et registratæ conserventur apud il=
lam personam prout videbitur Prioribus
dictæ Terræ. Et dicimus quod si continge=
rit uti pro utilitate Communis aliquo privi=
legio, instrumento aut scriptura, quod inde
extrahatur copia ad sensum sapientis, ita
quod ipsi copiæ adhibeatur fides, et ad prædi=
cta et pro prædictis fiendis et observandis,
Priores teneantur vinculo juramenti operam
efficacem dare et etiam juvamen

Cap. 68
De Impedientibus Aquam Conductus

/ Item statuimus, et ordinamus, quod nul=
la persona terrigena vel forensis audeat aut

presu=

praesumat per se aut alium seu alios, quocumque modo et qualitercumque impedimentum dare, praestare seu facere aquae conductu fontis, canalis venientis Hispellum, propter quod ipsa aqua non possit Hispellum libere venire, et qui contrafecerit si fuerit terrigena in biscentis libris denariorum condennetur, et si fuerit forensis, et in fortiam communis pervenerit statim tradatur morti de qua videbitur Potestati seu Vicario qui pro tempore fuerit, et si in fortiam communis non pervenerit tam terrigena quam Forensis in dictis poenis sit exbannitus: et quicumque talem malefactorem in fortiam Communis duxerit, habeat et habere debeat de bonis et avere communis praedicti quingentas libras denariorum, quas Cammerarius dicti Communis ipsas quingentas libras absque requisitione alicujus officialis eidem dare, et solvere teneatur et habeantur pro legitimis expensis, et hoc ad terrorem malorum hominum Communis Hispelli et speciales personas laedere volentium

Cap: 69
De Transeuntibus per Portas

Item statuimus quod nulla persona audeat vel praesumat exire vel intrare per muros novos, aut antiquos Terrae Hispelli, nisi per portas, aut cancellos ordinarios, aptas aut aptatos, et qui contrafecerit solvat nomine banni quingentas libras denariorum si fuerit de die, et si de nocte centas libras denariorum. Et si qua persona transiverit aut intraverit subtus vel super portas aut cancellos praedictos postquam fuerint clausae, vel clausa, aut per carbonarias novas aut antiquas si de die in quadrigentis libris denariorum, si de nocte in centis libris denariorum vice qualibet condennetur. In quibus poenis sive bannis per potestatem seu vicarium contrafacientes debeant condennari, et quilibet de praedictis possit esse accusator, et habeat medietatem banni dum accu=

accuset et denumptiet infra tertiam diem post commissum crimen, alias procedi non possit. Et hoc locum habeat in transeuntibus per carbonarias subtus vel supra, et portas ut dictum est superius. Item in omnibus aliis suprascriptis volumus quomodocumque possit procedi. Addicientes quod minores quatuordecim annis, et mulieres possint de die tantum transire per dictas carbonarias subtus aut super, portas aut cancellos impune

Cap: 70

Ubi Artifices eorum artem exerceant

Item statuimus quod omnes Calzolarij, Macellarij, et factores artis eorum artem operantes et exercentes in terra Hispelli teneantur et debeant eorum artem exercere in domibus, habitationibus, hostiis in Strada qua itur a Porta Portae clausae, ad Portam Piscariae recto tramite et non alibi ad poenam decem librarum denariorum, et quilibet possit esse accusator, et habeat medietatem banni, et nomen ejus teneatur secretum

Cap: 71

Ut non possit opponi contra Statuta

Item statuimus, quod nulla persona possit nec debeat contra aliquod Capitulum Statutorum praesentium aliquam exceptionem opponere, et qui contrafecerit, puniatur in centis libris denariorum. Et si potestas vel alius officialis communis Hispelli dictam talem exceptionem admiserit, potestas in centis libris denariorum, et quilibet alius officialis in quinquagentis libris denariorum puniatur et condennetur per sindacos et adrationatores, qui eos sindacabunt, et quidquid fieret vigore dictae talis exceptionis, sit ipso jure nullum et nullius valoris. Cum volumus omnia haec Statuta et Capitula in eis contenta plenam habere roboris.

boris firmitatem, et inviolabiliter observa=
ri et inviolabiliter observari, nec non po=
testatem et omnes alios officiales communis
predicti nullam jurisditionem habere in
capitulo aliquo Statutorum expressim nec
concessim a dicto statuto ulterius se exe=
tendere non possint.

Cap: 72

Ut observentur ordinamenta

Item statuimus quod omnia et singula
ordinamenta, reformationes seu costitutio=
nes Communis Hispelli facta aut fienda
per Priores, Potestatem, Vicarium et offi=
ciales alios dicti communis observentur et
executioni mandentur, si dicta ordinamen=
ta facta fuerint aut fierent in posterum
secundum ordinamentum traditum ex for=
ma presentis Statuti vinculo juramenti
ad penam centarum librarum denariorum
potestati et cuilibet alii officiali in quin=
gentis libris denariorum, in quibus per eo=
rum adrationatores dicto communi debeant
penitus comdennari

Cap: 73

De Contumatoribus

Item statuimus quod nullus accontumet
aut adcontumare presumat, aut debeat, ca=
seum, ova, pullos, aut aliquod aliud ab
aliquo, vel aliqua die Mercurij, vel alia
die usque ad nonas, postea vero possit; et
qui contrafecerit, tam terrigena quam fo=
rensis pro qualibet vice solvat quadrigenta
libras denariorum, et quilibet possit esse ac=
cusator, et habeat duas partes banni, et te=
neatur secretus. Et ponantur tres homines a
consilio populi qui non sint de dicta ar=
te, qui teneantur accusare contrafacientes, et
si dicti homines fuerint negligentes punia=
tur quilibet eorum in quadrigentis libris
denariorum, et potestas teneatur de pre=
dictis facere inquisitionem, et a delin=
quentibus auferre bannum predictum pro
Commune

Cap:

Cap. 74
De Barberiis

Item statuimus quod Barberii non radant diebus dominicis, et teneantur homines mollare et abluere et eis radere barbam per quatuor denarios cujuslibet Barbæ, ac etiam per ipso prætio capillos tondere, et clericam facere tenentur; et bisturare sive tosare teneantur Caput hominibus pro octo denariis, et sanguinare homines et mulieres pro duodecim denariis in eorum apotecis pro quolibet et qualibet sanguinatura. Sed si irent ad domum alicujus ad sanguinandum habeant et recipere possint pro quolibet et qualibet vice duas libras denariorum et non plus. Teneantur quidem statim et sine mora, quum requisiti fuerint, ire ad infirmum et ad minuendum sanguinem pro dicto prætio, et si contrafecerint in prædictis aut aliquo prædictorum, potestas condennet eum et quemlibet eorum contrafacientem pro qualibet vice in quadragintis libris denariorum, et quislibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni, et teneatur nomen ejus secretum, et de prædictis teneatur potestas dictæ Terræ facere inquisitionem

Cap. 75
Contra Mollarios

Item statuimus quod mollarij de Hispello debeant macinare et bonum farinam facere, et de trigintis mensuris unam accipere yrum circum circa elevare, et reddere macinanti, et molere bladum, et si diversa blada essent, quæ teneantur moleri, sed unum post alium incontinenti prout placuerit deferenti, et si culpa fraude aut negligentia mollarij non fierent bona farina, illi cujus fuerit bladum aut farina de suo mollarius emendare tenetur. Et quilibet mollarius teneatur habere cuppas bene sciaumatas quilibet in molendino suo. Et quilibet mollarius teneatur habere duos cuppolos de rame sigillatos sigillo Communis Hispelli sed unum

num parvum et unum magnum, et cum uno accipere mensuram grani, et cum alio misturam. Qui cuppulus parvus cum quo granum accipi volumus sit adeo parvus quod rasius sit capax tringentorum talium cuppulorum. Et ille cuppulus magnus, cum quo misturam accipi volumus, sit adeo parvus quod raserius sit capax vigintorum novem cuppolorum, et aliter multuram quidere minime teneatur. Et si praedicti Mollarij in praedictis aut aliquo praedictorum contrafecerint in quatuorcentis libris denariorum pro vice qualibet comdennentur. Cujus banni tertia pars sit communis, et duo accusatoris. Et singuli homines de Hispello possint libere et impune molere ad molendina Communis, et spetialium personarum; et nulla persona audeat vel praesumat aquam de alveo antiquo extrahere aut ipsum alveum reimplere usque ad molendina captanda. Et qui contra praedicta aut aliquod praedictorum fecerit, teneatur ipsam aquam remittere, et alveum remundere, et in centis libris denariorum vice qualibet comdennetur, et quislibet possi esse accusator, et habeat duas partes banni, et tertia pars sit communis, et potestas bis qualibet in mense teneatur de praedictis facere inquisitionem, tempore quo ipsa molendina macinabunt, et tenetur contrafacientes comdennare, infra octo dies, et post suum introitum facere requiri mollarios de Hispello, et faciet eos jurare omnia et singula in hoc capitulo contenta quod debeant observare, et licitum sit unicuique cui praeceptum fuerit per suprainterdentes ipsorum molendinorum de die et nocte ire ad exibendam aquam de piscaria ad aptandum alveum molendinorum supradictorum sine pena et banno.

Cap: 70

De Terreno juxta Piscariam

Item statuimus quod terrenum qui est

juxta

juxta piscariam, et viam portae Communis nisi fuerit trasanna sit et esse debeat communis Hispelli, et ipsi adjudicamus, et quod ipso communi habeatur, et teneatur. Et nullus ibidem supra, in dicto Casaleno, et tota Platea quae est ante domum, portam et piscariam, vel in aliqua parte ipsius, ponere letamen, aut lapides, et qui contrafecerit poena centurum librarum denariorum puniatur; cujus pars tertia pars sit communis et duae accusatoris, et teneatur secretus; et de praedictis potestas infra duos menses post introitum sui officii teneatur facere inquisitionem, et inventos culpabiles condemnare in poena praedicta.

Cap: 77

Contra Tabernarios

Item statuimus quod quilibet tabernarius et vinum vendens ad minutum teneatur et debeat bene implere vasa et mensuras, et qui contrafecerit in vigintis solidis denariorum condemnetur pro qualibet vice. Et in domo in qua vinum venderetur aut in pertinentiis ipsius domi nullus audeat aut prasumat retinere aliquos ludentes ad ludum taxillorum de die aut nocte, nec retinere aut stare permittere post tertium sonum Campanae aliquem Hispellanum ad bibendum vel Comedendum ad poenam quadringenturum librarum denariorum pro qualibet vice, et quolibet contrafaciente, quam de facto tollatur, et quilibet possit esse accusator et habeat medietatem banni. liceat tantum potestati, et suae familiae de praedictis inquirere prout eis videbitur, et stetur et credatur relationi duorum de familia Potestatis, dummodo nullam habeant partem banni. Et non excusetur Tabernarius, nisi protestatus fuerit ludentibus cum uno teste idoneo, quod non debeant ludere in domo, aut pertinentiis ipsius, quod si fecerit ad Bannum non teneatur. Et dicimus

quod

quod Tabernarii aut vinum vendentes in dicta terra Hispelli seu aliquis eorum dum vinum vendent de una vegete non debeant vendere de alia, ne aliqua fraus committi possit in dando unum vinum pro alio, et qui in praedictis contrafecerit in centis libris denariorum condemnetur, et quislibet possit esse accusator et habeat medietatem banni, et nomen ejus teneatur secretum. Etiam volumus quod quislibet vendens vinum ad minutum in dicta taberna a carbonariis Hispelli intus antequam concedatur sibi licentia vinum vendendi teneatur, et debeat satis dare notario potestatis nomine dicti communis stipulanti cum bonis fidejussoribus de observando omnia in praesenti capitulo contenta: qua satisdatione praestita licentia praedicta concedatur alias concedi non possit neque debeat, et antequam incipiat vinum vendere debeat habere pitittum medium, fuglictum, et medium fuglictum sigillatos sigillo Communis Hispelli de plumbo et non de cera, et sciaumatos ad petittum communis praedicti, et aliter cum dictis mensuris vendere non possit, et non debeat vinum cum aliquo bicchiero vel nappo nisi prius mensuretur dictum vinum cum mensura sigillita ut supra dictum est. Et qui contra praedicta aut aliquod praedictorum fecerit solvat nomine banni qualibet vice quadringentas libras denariorum, et quislibet possit esse accusator et habeat medietatem banni et nomen ejus teneatur secretus. Et nihilominus dicti Tabernarij antequam incipiant vendere vinum debeant jurare coram potestati omnia et singula in hoc capitulo contenta attendere, et observare. Et quislibet tabernarius possit habere bancam in domum et extra, et in ea habere vasa non sigillata, dummodo in vasis sigillatis mensuretur. Et si quis vendiderit vinum ad minutum

contra

contra formam superius expressam, in sin=
gulis capitulis suprascriptis solvat pœnam
in ipsis capitulis declaratam; et condem
nati propter ea ab inde ad unum annum
non possint vinum vendere in dicta terra
aut ejus districtu ad minutum ad pœnam
quadringentarum librarum denariorum, et
quislibet possit esse accusator, et habeat
duas partes banni et teneatur nomen ejus
secretum. Et quislibet vinum vendens ad
minutum debeat habere licentiam a po=
testate dictæ Terræ vel ejus officiali, qui
teneatur dare et concedere dictam licen=
tiam unicuique petenti ad penam decem
librarum denariorum Communi applican=
dam. Et quislibet possit vinum ad minu=
tum vendere quantumcumque pretium vo=
luerit, et potuerit. Et potestas teneatur
et debeat de omnibus singulis per taber=
nas et alia loca facere, et fieri facere di=
ligentem inquisitionem pro ut sibi pla=
cuerit ad minus duobus vicibus in ebdo=
mada, et processus super prædictis facere,
et repertos culpabiles punire. Et si dic=
tus potestas in prædictis, aut aliquo præ=
dictorum fuerit negligens perdat de suo
salario qualibet vice vigintas quinque li=
bras denariorum. Volumus insuper quod
nulla mensura apta ad vendendum vinum
possit nec debeat per aliquem sigillari
nisi per Cammerarium dicti Communis, et
qui dictas mensuras aut aliquam ipsarum
sigillarit aut sigillari fecerit, aut vinum
venderet cum aliis mensuris nisi cum il=
lis per Cammerarium dicti Communis sigil=
latis in quadrigentis libris denariorum
condemnetur. Et dicti Tabernarij aut
vinum vendentes ad minutum, teneantur
et debeant vinum mensurare unicuique e=
mere volenti cum illa mensura, quam em
ptor petierit sub dicta pœna; Et in præ=
dictis vel quolibet prædictorum, potes=
tas, et sui officiales possint procedere ex

corum

eorum officio per inquisitionem, et etiam per accusationem, et delinquentes punire, et condennare in poenis praedictis, et quilibet possit esse accusator cum dicto unius testis boni et idonei, et credatur. Salvo quod si quis accusatus fuerit de Segumis puniri, nec condennari possit nisi probaretur per duos testes idoneos. Volumus insuper quod quislibet possit vinum vendere ad minutum si habuerit licentiam a Prioribus dictae Terrae, non obstante quod non habuerit licentiam a potestate aut officialibus, servatis tamen supradictis formis et ordinibus. Attamen nullus bayulus possit nec debeat in praedictis esse testis, nec ejus valeat testimonium aut dictum. Addicientes quod mensurae vini Communis Hispelli positae renoventur

Finis
Secundi Libri
Ad Laudem Dei

Index

Index
Libri Secundi
de Maleficiis

Cap. 1	De pacibus fiendis	Pag	61
„ 2	De non contendendo pro partibus et non reiterando injuriam	„	61
„ 3	De Blasphemantibus Deum et Sanctos	„	62
„ 4	Ut nullus addat aut minuat contenta in praesenti	„	63
„ 5	Contra Proditores	„	63
„ 6	Ut nullus vendat possessionem in Confinibus	„	66
„ 7	Quod fiant condennationes per Potestatem	„	66
„ 8	De Possessionibus Communis conservandis	„	67
„ 9	Quod Potestas nec aliqui ejus officialis Communis non auferant pignora	„	69
„ 10	De Citationibus et citatis	„	71
„ 11	Quod Potestas possit procedere in maleficiis	„	72
„ 12	Qualiter Maleficia puniantur	„	73
„ 13	De Condennationibus faciendis	„	73
„ 14	De Poena facientis insultum	„	75
„ 15	De Percussionibus et bannis	„	77
„ 16	De Poenis duplicandis	„	81
„ 17	Contra Homicidas	„	81
„ 18	De Reimproperatione injuriarum	„	84
„ 19	Contra intrantes Domum vel Casalenum	„	84
„ 20	Contra extrahentes terminos	„	85 X
„ 21	De Robbariis non fiendis	„	85
„ 22	De Projectione lapiduum	„	86
„ 23	Contra Frangentes pacem	„	88
„ 24	De Offendentibus per consanguineis	„	89
„ 25	De falsis Testibus et maliis	„	89
„ 26	De verbis injuriosis	„	90
„ 27	De Adulterijs	„	91
„ 28	De Vasto et combusto	„	92
„ 29	Ut nullus vadat post tertium sonum	„	93
„ 30	De Molestatione tenutae	„	94

Cap:

Cap:	31	De Elevatis de appretio	Pag: 94
"	32	Ut mittatur pro accusato	" 95
"	33	De non vendendo unam et eamdem rem diversis personis	" 96
"	34	Contra forenses	" 96
"	35	Contra malas mulieres	" 97
"	36	Ut procedatur de similibus ad similia	" 98
"	37	Si quis negaverit aliquem esse notarium	" 98
"	38	De absolutionibus Potestatis et aliorum officialium	" 98
"	39	De Extrahentibus Grassiam	" 99
"	40	De Conductoribus Agrorum	" 99
"	41	De Copiis dandis	" 100
"	42	Ut nullus recipiat accusationem	" 100
"	43	Contra forensibus de quibus dubitatur	" 102
"	44	De juribus et possessionibus Communis conservandis	" 102 ×
"	45	De ludo Taxillorum	" 103 ×
"	46	Contra receptantes exbannitos	" 104
"	47	Qui offendere valeant exbannitos	" 105
"	48	De arbitrio Potestatis	" 105
"	49	De Frangentibus Carceres	" 106
"	50	De exeuntibus de carceribus	" 107
"	51	Contra filiosfamilias et mutantes sibi nomen	" 107
"	52	De poena portantium arma	" 108
"	53	De Sponsalitiis et matrimoniis	" 110
"	54	Ut observentur bannimenta	" 111
"	55	De Facientibus Violentiam contra familiam potestatis, et eis pignus reumptiantibus	" 111
"	56	De Offendentibus extra districtum Hispelli	" 112
"	57	Quod quislibet teneatur trahere ad rumorem	" 113
"	58	Quod nullus laboret bona exbannitorum	" 114 ×
"	59	Quod valeat testimonium minoris et de poenis ipsorum	" 114
"	60	De Beneficio confitentis, et solventis	

	ventis infra terminum	Pag. 115
Cap. 61	Contra corruptores Officialium	„ 115
„ 62	De offendentibus rebelles	„ 116
„ 63	De Custodia Carceris	„ 117
„ 64	De Furtis	„ 119
„ 65	Contra Turbantes bonum et pacificum statum Terrae Hispelli	„ 120
„ 66	Contra facientes conventiculas	„ 121
„ 67	De Registro Communis	„ 122
„ 68	De impedientibus aquam conductus	„ 122
„ 69	De transeuntibus per portas	„ 123
„ 70	Ubi Artifices eorum artem exerceant	„ 124
„ 71	Ut non possit opponi contra Statuta	„ 124
„ 72	Ut observentur ordinamenta	„ 125
„ 73	De contumatoribus	„ 125
„ 74	De Barberiis	„ 126
„ 75	Contra Mollarios	„ 126
„ 76	De Terreno juxta Piscarium	„ 127
„ 77	Contra Tabernarios	„ 128
„ „	Index Libri secundi	„ 132

Incipit

Incipit Liber Tertius Causarum Civilium

Cap: 1
Ut judex Communis non reputetur suspectus

Item statuimus, et ordinamus, quod judex Communis Hispelli non debeat reputari suspectus ab aliqua persona, nisi justam causam suspicationis assignaverit. Et si judex aut notarius qui scripserit haberet aliquam quaestionem alicujus, et ab aliquo fuerit beneficiatus de ipsa quaestione cognoscere, non debeat nisi adversarius in eum consentiret

Cap: 2
De debitis solvendis

Item statuimus quod potestas seu judex Hispelli faciat solvi debitoribus, et recoltis, debita de quibus non fuerit facta negatio; et si debitum quomodocumque factum, quantacumque sit quantitas, potestas aut judex ipsius det terminum trium dierum debitori confitenti, et nihil opponenti ad solvendum debitum; et si infra dictum terminum non solverit, potestas faciat ipsum publice custodire in palatio seu volta Communis praedicti donec suo creditori satisfecerit de debito, et expensis, vel faciat ipsum debitorem exbannire de Hispello, et ejus districtu in tanta quantitate pecuniarum, quanta suo creditori dare et solvere teneretur, et in duplici quantitate Communi et Parti; salvo quod si debitor infra tertiam diem facti bannimenti per se aut per alium legitime coram judicem compareret parte citata et petierit dictum bannum revocari cum satisdatione expensarum, praestita fidejuxione de judicio sisti, et judicatum solvendo, in dictum bannum nullatenus incurrat; et dicimus quod si debitor non satisfecerit infra dictum terminum aut saltem non comparuerit ut

dictum

dictum est de dicto banno exire non possit, nisi solverit unum, vel alterum prout suo creditori placuerit, et exbannimentum fieri inter Hispellanos tantum in palatio Communis et ad domum debitoris publice per praeconem Communis Hispelli, sono tubae praemisso, et aliter si fieret non valeat. Quae quidem bannimenta sed dicto modo facta habeantur pro sententiis. Et potestas vel judex elapso dicto termino exbannimenti, cogat dictum talem debitorem exbannitum ad requisitionem Creditoris ad solvendum unum vel reliquum exbannimenti cujus, vel sententiae, et tertia pars sit communis et duae creditoris. Et idem potestas vel judex nihilominus teneatur dictum talem debitorem capi facere, et publice detinere in palatio seu volta Communis praedicti, donec suo creditori solverit debitum ad quod sibi teneret, et expensas legitimas. Et si quis fuerit citatus bis pro aliquo debito, et publice inveniretur aut una die fuerit citatus pro alia ad domum, ita quod citaretur semper bis una die pro alia ventura ante tertiam quam veniat suo Creditori responsurus de jure, et non venerit: potestas seu judex faciet talem bis citatum exbanniri ut supra dictum est, et ut in hoc Capitulo continetur. Et dicimus quod citatio contra forenses, Hispelli non habitantes in civilibus et criminalibus fiat per praeconem communis Hispelli ad fenestram Palatii dicti Communis sono tubae praemisso, et sic factae valeant et teneant. Et si actor petierit sibi dari tenutam de bonis debitoris bis citati, et infra terminum non comparentis judex Communis teneatur eidem dari facere et assignare per bajulum Communis, hoc modo = Primo Mobilium: Secundo immobilium, Tertio nominum debitorum. Quae bona immobilia teneatur debitor non comparens recolligere in-

tra

tra unum mensem post pronumptiationem judicis; si vero fuerint immobilia infra quindecim dies a dicta pronumptiatione, et si non recolligerit infra dictum terminum, ut dictum est; judex det sibi in pagamentum, facta prius extimatione. Et si tenuta supradicto modo data valuerit plus quantitate petita per creditorem, teneatur creditor illud plus dare et solvere debitori secundum quod extimatum fuerit, per extimatores, quos posuerit ipse judex. Et dicimus quod idem modus servetur in singulis capitulis in debitores si non venerint, prout sibi praeceptus fuerit, et notarius praedicta exbannimenta scribere teneatur, et dare et ostendere potestati vel judici ad ipsorum vel alterius eorum petitionem, secundum requisitionem creditoris, et quicumque petierit debitum solutum, et sibi satisfactum solvat nomine banni duplum plus ejus quod petierit in pecunia numerata. Et potestas, teneatur condennare et condennationes exigere pro communi, salvo et reservato, quod si aliquis ostenderet coram potestate vel judice instrumentum publicum de aliquo debito, et ipsum debitum petat a suo debitore, potestas aut judex det sibi terminum decem dierum ad solutionem faciendam, et si debitor opposuerit exceptionem solutionis, potestas vel judex det sibi terminum decem dierum ad probandum, et si in dictum terminum non probaverit cogatur dictus debitor ad dictam solutionem faciendam ad sensum creditoris ipsius. Si vero opposuerit exceptionem usurariam, ludi taxillorum, vel pacti de non petendo, nullatenus audiatur nisi prius depusuerit in pecunia numerata penes cammerario dicti communis aut idonea persona tantam quantitatem pecuniae, quanta fuerit quantitas petita; et nihilominus Potestas vel judex det sibi terminum decem

decem dierum ad dictam exceptionem pro=
bandum, quam si non probaverit infra
dictum terminum, dictus Cammerarius aut
alia persona cui depositum factum fuerit
teneatur dictam pecuniam dicto Creditori
dare, tradere, et solvere elapso dicto ter=
mino sub pena decem librarum denario=
rum; cujus banni tertia pars sit Com=
munis, et duae Creditoris. Alia vero exce=
ptio nisi aliqua ipsarum quinque, contra
instrumentum publicum nullatenus possit
opponi, nec opponenti si opponeret admit=
tatur, dummodo praedicta locum habeant
in Istrumentis a centis annis citra, et
in aliis istromentis supra quibus jam fac=
ta esset litis contestatio, seu mota esset
questio aut contraversia, de praedictis, in
aliis vero istrumentis servetur jus commu=
ne. Et dicimus, quod si quis appretiatus
vel adcatastatus in appretio Communis
Hispelli, et solverit dativam in Hispel=
lo venerit coram potestate aut judice
cum instrumento publico, et allegaverit
quod ejus debitor sit persona suspecta,
satis det et dare teneatur tali opponen=
ti bayulum seu familiam, et faciat
talem suum debitorem capi et publice
detineri, donec venerit coram potestate
et judice, et satis det de juditio sisti
et judicatum solvendo; dummodo faciat
talem petentem, jurare quod ~~quatio~~ Calunniae
non opponat, aut malitiose. Qua satisdatio=
ne praestita, potestas aut judex audiat ip=
sum ut supra dictum est; et praedicta lo=
cum non habeant in istrumentis Judeorum
et usurariorum de quibus volumus nullam
executionem fieri posse per potestatem aut
judicem Communis praedicti, nisi petitum
fuerit executioni mandare infra duos an=
nos a die facti instrumenti. Et hoc lo=
cum habeat in Istrumentis futuris, et
si fieret executio contra formam praedic=
tam non valeat. Et illos decernimus

esse

esse usurarios de quibus fuerit publica vox et fama solitum fuisse ad usuras commodare; et si mota fuerit questio coram potestate aut judice a vigintis libris infra usque in duos solidos, aut de re que tantum extimaretur, sufficiat probatio unius testis cum sacramento actoris sine alia probatione. Et si fuerit a vigintis libris supra, si actor aut reus voluerit decidere causam juramento dando aut faciendo, offeratur reo libellus, supra quo lis contestetur, et a tempore litis contestationis in antea infra quadraginta dies utiles debet potestas aut judex ipsam causam terminare et questionem; et si non fecerit potestas aut judex solvat de suo salario centas libras denariorum quoties contravenerit; nec dilatio aliqua dari possit nec peti nisi testes essent nimis absentes, de quo in providentia potestatis aut judicis remaneat, Et nihilominus sententie valeant si post dictum tempus darentur, et nisi ab aliqua potius fuerit appellatum. Et potestas aut judex si fuerit questio aut causa civilis mandet ipsam sententiam executioni. Et si in criminalibus causis fuerit appellatum teneatur et debeat appellans infra vigintos dies utiles appellationem prosequi, quod si non fecerit contra eum procedatur ac si non appellasset. Hoc tamen reservato, quod si actor voluerit decidere causam juramento dando, vel faciendo quantumcumque sit quantitas tam supra instrumento, quam sine, et de quacumque re possit sine dilatione terminorum et oblatione libelli. Et si reus voluerit decidere causam juramento dando actori, et actor voluerit jurare actor in dicta causa non audiatur. Et quicumque dabit partitum seu sacramentum de aliquo debito, aut de re que peteretur, eidem potestas aut judex det sibi terminum

minum duorum dierum ad deliberandum et respondendum, infra quem si non deliberaverit et responderit, remaneat in providentia potestatis aut judicis de dando sacramentum actori, et cuicumque dabitur juramentum modo predicto, et juraverit se non debere dare quantitatem, aut id quod peteretur eidem, et postea creditor probaverit per testes aut publicum instrumentum, teneatur dictus debitor dare suo creditori quantitatem praedictam, et duplum plus, sive extimationem rei petitae, et teneatur solvere nomine banni vigintasquinque libras denariorum, in quibus per potestatem vel judicem debeat condemnari sine aliqua probatione. Et praedicta locum non habeant in haeredibus defuncti, et in tutoribus, et in curatoribus, si aliqua actione ageretur contra ipsos, et si quis dixerit se ammisisse libellum datum a suo adversario; potestas aut judex cogat talem dicentem ut probet quod sit verum, et quod non faciat malitiose, et si probaverit faciat refici libellum ammissum suis expensis, salvo quod si aliquis debitor civilis terrigena aut forensis vocatus ad curiam per suum creditorem voluerit cedere bonis in forma infrascripta, non possit costringi, aut publice retineri, aut in bannum poni. Ipse autem debitor sic cedat et cedere debat, quod praesente suo creditore vel creditoribus requisito, sono tubae praemisso publice de die et nocte de die dominico, aut in die fori, et si aliter fieret non possit. debitori, et qui cederet se expoliet omnibus pannis remanentibus sibi serabulis, et camisia, renumptiet omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus, juribus, et actionibus, notario ibidem praesenti, et pro omnibus creditoribus cedentis stipulationem recipienti, et ibidem cedat det et relapset, et promittat quod si ad pinguiorem fortunam devenerit sive pervenerit

creditoribus secundum posterioritatem

venerit satisfaciet, et si superfluerit de dictis bonis . . . . . Hispelli, forma cujus concessionis cedetur, quando melius aptari poterit per notarium qui debuerit interesse, et si cedere noluerit, ut dictum est, et voluerit assignare sufficientem tenutam, et solvere debitum et expensas infra quindecim dies possit et admittatur eidem. Et si non recolligerit custodiatur tam principalis quam fidejuxor in palatio aut volta. Et hoc habeat locum in debitis contrahetis, et in posterum contrahendis, et semper contrahetus remaneat in suo vigore. Et si quis suis bonis cederet non possit stare in Hispello aut ejus districtu, et si staret aut moraretur, non prosit sibi ipsa cessio, sed ad debitum ad quod prius tenebatur, teneatur, et potestas ad petitionem creditoris faciat ipsum costringi in palatio seu volta, et detineat donec satisfaciat creditori. Et dicimus quod si forensis petierit debitum a forensi, et inter forensem et Hispellanum, si forensis petierit debitum ab Hispellano, servetur inter eos jus commune; et quicumque non fuerit allibratus in libra appretii Communis Hispelli, vel appretiatus, et petierit debitum ab Hispellano appretiato vel adcatastato in libra predicta servetur inter eos jus commune. Statuentes firmiter illos esse forenses, qui non fuerunt ipsi et patres eorum oriundi de Hispello, vel ejus districtu. Et si debitor habuerit instrumentum cancellatum, quod habeatur pro plena probatione, vel quietatione, nec ipsum debitum ab eo peti possit, et si debitor ipsum instrumentum perdiderit non obstante cancellatione facta de ipso possit petere restitutionem hujusmodi instrumenti, et predictum debitum sibi solvi. Addicientes, quod quicumque exceptionem falsitatis opposuerit, et non probaverit in dictum terminum, puniatur per potestatem aut ejus Vicarium in vigintis quinque libris denariorum, de quibus tertia pars

sit

sit communis, et due contra quem fuerit opa-
positus; et quod exbannimentum in civilibus
factum causis, et semel revocatum, ampli-
us revocari non possit, et si amplius revoca-
retur non valeat revocatio de ipso facta

Cap: 3

Ut nullus debitor possit
costringi

Item statuimus quod nullus debitor pos-
sit costringi in palatio aut alibi ad petitio-
nem alicujus creditoris, si dictus debitor volu-
erit sibi sufficientem tenutam assignare de bo-
nis suis, et per eum possessis, positam in ter-
ritorio Hispelli, que valeat tantundem quan-
tum suo creditori dare tenetur, et duplum
plus, dummodo satisdet ideneis Fidejuxori-
bus, de recolligendo ipsam tenutam, quam
recolligere teneatur infra unum mensem, et
elapso ipso termino, si non recolligeret, sit et
remaneat ipsa tenuta ipsi creditori, libera
et expedita, et nihilominus ipsi Principales
et fidejussores, et quilibet ipsorum insimul
aut in solidum prout placuerit creditori, i-
psi creditori ad suam petitionem teneatur
vendere ipsam tenutam, ad quam venditio-
nem faciendam tam principalis, quam fide-
jussor per judicem Communis Hispelli insimul
aut in solidum penitus adstringatur ad in-
strumentum venditionis faciendum ad sensum
creditoris; et si dicti Principalis vel Fideju-
xor non facerent ipsam venditionem ad pe-
titionem, et requisitionem creditoris, qui-
libet ipsorum solvat nomine banni decem
libras denariorum, et nihilominus ipsam
venditionem faciant. Teneantur autem fa-
cere et curare ipsi Fidejussores quod dic-
tam tenutam infra dictum terminum re-
colligatur, aut teneatur vendere ut dictum
est; et si non esset tanti valoris pro quan-
ta fuerit assignata secundum formam Sta-
tuti fidejussor teneatur adimplere de suo
proprio predictis omnibus non obstanti-
bus capitulis sub Rubrica de debitis. Et

dicimus

dicimus quod si aliquis assignaverit tenutam de bonis alicujus non possessis per eum condennetur nomine banni in vigintis quinque libris denariorum, cujus banni tertia pars sit Communis, et duæ accusatoris. Et nullus possit assignare tenutam de quantitate decem librarum vel ab inde infra, aut de re quæ extimaretur tantundem; et hoc locum habeat in præteritis presentibus et futuris. Statuentes etiam quod potestas nec aliquis Officialis communis prædicti non possint nec debeant aliquem mittere aut costringere aut detinere sub volta Palatii aut alibi, si voluerit satisdare idoneis fidejussoribus, nisi occasione furti, homicidii, aut maleficii enormis, et si contrafecerint potestas perdat de suo salario centas libras denariorum, et quislibet alius officialis vigintas quinque, et talis detentus possit secedere sine pœna et banno, non obstante hoc capitulo de debitis solvendis, nec locum habeat in executione sententiarum, condennationum, exbannimentorum in civilibus causis factorum, cum velimus elapso termino banni aut sententiæ in talibus non posse assignari tenutam

Cap: 4
Ut jus reddatur in Palatio

Item statuimus quod potestas aut judex teneatur reddere jus in Palatio seu sub volta Palatii Communis Hispelli, vel alibi ubi habitaret, occasione mulierum tantum in causis criminalibus, et civilibus. Et volumus autem quod aliqua mulier non teneatur ire ad palatium aut ad hospitium potestatis occasione alicujus Maleficii, vel ad aliquem actum de nocte, et quæ contrafecerit condennetur in vigintis quinque libris denariorum, et si dictum bannum solvere non poterit fustigetur per totum Hispellum. Et si potestas aut judex aut alius officialis præceperit

aliui

alicui mulieri quod iret ad standum in Bo-
ladio, vel quod fecerit eam venire in vigin=
tisquinque libris denariorum condennetur

Cap. 5

De Tenutis fiendis

Item statuimus, quod potestas aut ju-
dex terrae Hispelli, teneatur et debeat o=
mnes tenutas quas ipsi aut alter ipsorum
dari fecerit pro communi aut spetialibus
personis defendere donec fuerint revocatae,
non obstante si tenuta non fuerit ex secun-
do decreto adjudicata, cum velimus per pri=
mum decretum in tenutam missum posses=
sorem esse. Et si quis molestaverit aliquem
in tenuta data per Curiam Communis His-
pelli, si fuerit de re mobili solvat vigin=
tas libras denariorum, et si fuerit de re im-
mobili solvat quadragintas libras denario=
rum, quorum bannorum tertia pars sit
communis, et duae accusatoris. Et quod po-
testas aut judex ipsius non faciat dari
in tenutam pannos de lecto, nec aliqua
arma pro aliquo debito, si alia bona mo-
bilia invenirentur, nec bayulus debeat in
pignus vel recipere aliquod genus armorum
centorumseptuagintaquinque, pro eorum sala=
rio et tenuta alicujus mandato Curiae, et si ac-
ceperit, accipiens solvat nomine banni quin=
que libras denariorum. Et dicimus quod
si tenuta fuerit de re mobili adjudicetur
creditori in unum ex secundo decreto, de
re vero immobili infra duos menses

Cap. 6

Ut admittantur testes

Item statuimus, quod testes admittantur
contra publicum vel publica instrumentum,
vel instrumenta ad probandum solutio=
nem debiti a quadragintis libris infra,
et de quadragintis libris valeat probatio
unius testis, non obstante quod contineatur
in istromento, quae solutio non possit proba=
ri per testes salvis aliis Capituli statuti.
Addicientes quod in maleficiis, et damno

dato

dato, aut vasto, ex quo aut quibus essent impositae poenae usque in quatuor libris denariorum, sufficiat probatio unius testis, cum sacramento accusatoris, in quibus volumus quod mulieres possint testificare, et eorum testimonium valeat et teneat, et officiales Hispelli in aliqua questione non permittant introduci ultra decem testes, nisi fuerit ibi moltitudo articulorum, de quibus remaneat in providentia officialis. Et dicimus quod Advocati non intersint ad bancum quando responderetur positionibus

Cap. 7
De Arbitriis super Compromissis observandis

Item statuimus quod Potestas faciat observare omnia arbitria et definitiones factas amicabili compositione, et consensu partium, hoc modo quod incontinenti faciat plus dari in tenutam illi pro quo fuerit laudatum tam de aere, quam de poena. Si constiterit legitime incidisse, et pronuntiatum fuerit, nisi ex adverso aliquod instrumentum opponeretur, et oppositus fuerit; et potestas aut judex det terminum decem dierum opponenti ad probandum, quo termino elapso nisi opponens probaverit exceptiones, judex faciat auferre poenam contrafacienti, et dare observanti, et observare volenti, et laudum, et arbitrium sit firmum, nisi de alio fuerit laudatum, quam compromissum. Et si arbiter, aut arbitri laudaverint extra compromissum solvatur pro quolibet ipsorum quatuor librae denariorum, nomine poenae, et laudum, et arbitrium sit nullum, et nullius valoris, cujus banni tertia pars sit communis, et duae accusatoris. Adicientes quod per potestatem aut judicem nullus possit costringi, ipso invito, ad aliquod compromissum faciendum, et si costrinxent non valeat compromissum per eum factum nec laudum et quidquid sequeretur ex eo sit nullius valoris. Salvo quod si aliqua questio sive discordia fuerit inter patrem

et

et filium, seu filios, fratres carnales, seu sorores carnales, sorores consobrinas, seu fratres consobrinos, cognatos, et cognatas, et patruos usque in quartum gradum consanguineitatis aut affinitatis, quod predicti costringantur per potestatem aut judicem Communis Hispelli; quod dicta questio compromittatur inter proximiores consanguineos quos habuerint in unum aut plures si plures erunt in eodem gradu, quod in omnibus compromittatur de jure et facto, et laudum faciendum, vel ferendum per ipsum aut illos, partes teneantur habere ratum et firmum. Et potestas vel judex teneatur costringere consanguineos ad acceptandum compromissum, et ad laudandum de jure et de jure et de facto, salvo quod si quo esset inter predictos consanguineos vel affines supra aliquo instrumento non teneatur compromittere nisi de jure tantum

Cap: 5
De Salario mittendo in Cippum

Item statuimus, quod judex Communis Hispelli faciat solvi salarium in lite contestata, aut juramento calumnie, et in executione Instrumentorum antiquorum partes secedant a banca, et faciat ipsum Salarium mitti in cippum Communis aut solvere Cammerario Communis, et in ipsum cippum mittantur banna extraordinaria, a bis libris infra, et una ex clavibus dicti Cippi sit penes Guardianum Fratrum minorum, et alia penes cammerarium dicti Communis, et quando videbitur Prioribus ipse Cippus aperiatur, et pecunia in ea inventa scribatur cum aliis introitibus dicti Communis. Et mittatur Salarium in cippo hoc modo, sive, Cammerario quintum solvatur videlicet unum denarium pro qualibet libra, et per decem solidos et infra, unum denarium ab illo cui debitum confiteretur aut sacramento convincerit. Pro lite contestata unum

num per libra qualibet parte, et judex faciet jurare actorem ut extimet questionem, et de contumarotiis solvat duplum quod dictum est de debitis, de debitis vero confessis, et juramento convinctis, non obstantibus predictis, solvatur quando detur tenuta et non antea. Et dicimus quod potestas aut judex non pronumptiet aliquam tenutam aut exbannimentum nisi prius mittatur salarium ut dictum est, et si aliter fierit non valeat. Et idem dicimus de litis contestatione.

Cap: 9

De Tenutis vendendis

Item statuimus quod tenuta data per curia Communis Hispelli pro aliquo debito, si fuerit de re mobili teneatur per quindecim dies antequam vendatur postmodum possit creditor eam vendere secundum modum infrascriptum. requisita prius parte publice aut ad domum, talis venditio pro legitima habeatur, et non possit debitor eam recuperare, et si plus venderetur tenuta quam fuerit debitum restituatur debitori, et si minus Potestas aut judex faciat adimplere de bonis debitoris, et teneatur costringere debitorem de ipsa re data contra eum in tenutam ad voluntatem sui creditoris, venditionem facere per publicum instrumentum, si fuerit mobilis, et si fuerit immobilis faciat venditionem, et detur in solutum creditori ad extimationem agrimensorum, si debitor et creditor fuerint concordes, et si non inveniretur qui vellet eam emere, et potestas aut judex astringat debitorem ad faciendam venditionem creditori pro quantitate extimata et expensis legitimis, et talis venditio habeatur pro rata et firma, et data revocari non possit habito semper respectu ad qualitatem debiti et tenutae. Si vero tenuta fuerit de re stabili per trigintas dies teneatur, et tenuta data antequam vendatur banniatur ad fenestras vel Scalas palatii dicti Communis per

tres

tres dies, videlicet quolibet die una vice, et una die pro altera ante vesperas, et plus offerenti detur confectis dictis exbannimentis et sic dicta tenuta vendi possit alias non.

Cap: 10

De Bayulis dandis

Item statuimus quod bayuli communis Hispelli qui dabunt tenutam pro aliquo debito alicui de re mobili, teneantur ipsam tenutam extrahere de domo debitoris ad voluntatem creditoris, postquam fuerit pronuntiata tenuta pro creditorem mandato curiae, et bayuli solvi eo quod in alio capitulo continetur. Et si debitor esset persona suspecta statim detur creditori bayulus, et si bayulus fuerit negligens, potestas auferat ei, et cuilibet eorum decem libras denariorum. Et nihilominus potestas, aut judex mittat bayulum ad extrahendum tenutam de domo debitoris et si necesse fuerit mittat bayulus et familiam

Cap: 11

De Instrumentis communibus

Item statuimus quod quicumque haberet instrumentum commune cum suo consorte teneatur eidem dare medietatem pretii, et solvat illi notario. Et quicumque receperit aliquod ab aliquo nomine alterius teneatur illud restituere cui competit aut pertinet, et potestas aut judex faciat observare praedicta, et qui contrafecerit solvat bannum vigintarum quinque librarum denariorum

deroget alteri nec debeat derogare nisi fieret expressa mentio in ipso capitulo, non obstante tali capitulo.

Cap: 12

Ut instrumenta non vitientur

Item statuimus quod instrumenta, cartae, rogationes non vitientur edita manu publici notarii a centis annis citra; si continetur

netur in ipsis nomina Papae, Imperatoris,
Judicis, aut locorum sed valeant et tene=
ant si non esset aliqua solemnitas juris
observata, et si fieret aliqua introductio in=
strumenti alicujus ab aliquo in Curia commu=
nis Hispelli, et dubitaretur de notario qui
fecerit instrumentum, et probari poterit per
duos testes utrum fuisset notarium vel non,
tempore quo condidit instrumentum, et pro=
bari poterit per duos testes, vel duo instrumen=
ta scripta manu dicti notarii; probatio duo=
rum testium, vel duorum instrumentorum pro
plena probatione, et maxime si notarius fue=
rit de Hispello, et persona nota, et praedicta
locum habeant a triginta annis citra, habe=
atur. Statuentes insuper, quod potestas vel
judex Communis praedicti, et quilibet ipsorum
teneatur et debeat vinculo juramenti, et sub
poena quingentarum librarum denariorum pro
quolibet ipsorum observare et observari facere
omnes divisiones factas inter quascumque per=
sonas de quibuscumque rebus aut possessioni=
bus propriis aut adscriptis, postquam appare=
ret in ipsis divisionibus, quod quaelibet pars
partem suam recepit, vel se contentam vocat
aut vocavit de parte sibi obveniente in par=
tem, et promittit aut promisit + tempore divi=
sionis observare divisionem, et in perpetuo
firmam habere, et non obstante quod dictae
res et bona divisa fuerint, vel sint emphite=
utica vel propria, quin ipsae res, possessiones
seu bona teneantur per haeredes aut haere=
dem defuncti, et quod ipsas res divisas di=
visit cum suo consorte aut fratre, usquequo
ipsae res aut possessiones non redierint in do=
mum aut Ecclesiam a qua ipsae res et pos=
sessio fuerint receptae; et potestas aut judex
dicti communis incontinenti visa divisione,
mittat et introducat ipsos haeredem aut hae=
redes masculus sive foemina sit illius qui
ipsa bona divisit in tenutam et corpo=
ralem possessionem ipsarum, et possessionum
sic divisarum per bayulum dicti Commu=
nis

+ aut se contentam vocat aut vocavit

nis non obstante aliquo alio actu, quod actus esset in contrarium de dictis bonis et possessionibus sic divisis, cum velimus ipsum actum in aliquo non præjudicare, quin prædicta executioni mandentur ut dictum est, et ille qui dicta bona aut possessiones divisit, aut hæredes ipsius in aliquo non molestent vel turbent hæredes dicti sui consortis aut fratris in tenutam aut possessionem ipsarum rerum sic divisarum nec contra prædicta, in dicta divisione contenta veniant sub pœna in ipsa divisione contenta, in qua per potestatem aut judicem dicti Communis debeant condennari pro medietate Communi Hispelli, et alia consorti suo vel hæredi ipsius, et hoc locum habeat in præteritis præsentibus, et futuris

Cap. 13

Ut jus Conductoris non alienetur

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis laboraverit et conduxerit ad affictum aut laboritium agrum alicujus sive campum, et dominus vellet ipsum vendere, jus conductoris nullo modo concedi possit nec laborator, conductor, cultumator extrahatur de sua possessione, non obstante venditione facta de ipsa re aliis: et qui alienaverit aut contra fecerit condennetur in centis libris denariorum; et hoc locum habeat in supradictis omnibus, et aliis rebus conductis

Cap. 14

Ut nullus projiciat lapides

Item statuimus quod nullus projiciat lapides nec projicere faciat in aliquod novum opus nisi jus haberet in loco in quo ædificaretur, quin possit ædificari et murari et prout voluerit ædificans. Dumodo ædificator satisdet et præstet fidem ut jus vult de opere moliendo si projector ibi jus haberet. Et potestas vel judex aut alter ipsorum debeat dare terminum projicienti infra quem probet jus suum quod habet in dicta re si quod habuerit jus, et si non haberet

jus

jus, potestas aut judex si non probaverit projiens infra terminum accipiat ei nomine banni decem libras denariorum, cujus banni medietas sit communis, et medietas illius in cujus opere projeceretur, et potestas cogat talem projicientem lapillos ad reficiendum alteri parti omnia damna et expensas ac interesse. Et si predicta potestas vel judex non fecerit, solvat de suo salario decem libras denariorum. Si vero projiciens probaverit in dicto loco jus habere destruatur totum id quod esset ædificatum, et reducatur quod ædificasset in pristinum statum, et nihilominus solvat nomine banni quadrigentas libras denariorum

Laus Deo
Finis Tertii Libri

Index

Index
Libri Tertii
Causarum Civilium

Cap.	1	Ut judex Communis non reputetur suspectus	Pag 135
"	2	De debitis solvendis	" 135
"	3	Ut nullus Debitor possit costringi	" 142
"	4	Ut jus reddatur in palatio	" 143
"	5	De tenutis fiendis	" 144
"	6	Ut admittantur testes	" 144
"	7	De Arbitris super compromissis observandis	" 145
"	8	De Salario mittendo in cippum	" 146
"	9	De tenutis vendendis	" 147
"	10	De bayulis dandis	" 148
"	11	De instrumentis communibus	" 148
"	12	Ut instrumenta non vitientur	" 148
"	13	Ut jus conductoris non alienetur	" 150
"	14	Ut nullus projiciat lapides	" 150
"	"	Index libri Tertii	" 152

Incipit

Incipit
Liber Quartus
de
Extraordinariis

Cap. 1

De modo imponendi dativum

Item statuimus et ordinamus quod potestas una cum consilio ordinis Prioratus dictæ Terræ possit imponi, et imponi facere dativas, et collectas pro solvendo debita contracta vel contrahenda per dicto Communi; dummodo prius deliberetur in dicto consilio de omnibus debitibus, et si aliter imponeretur dativa, quam dictum est, nullus costringatur ad solvendum dictam dativam, et nemo sit immunis a solutione dictarum dativarum vel dativæ impositæ aut imponendæ, sed omnes teneantur solvere; dummodo prius extimetur, et assectetur quantum colligi debet per libras, et illud colligatur et non plus. Et nullum debitum ponatur in dicto consilio, vel firmetur tempore colligendæ dativæ nisi prius assectetur per assectatores, seu per illo qui positi essent ad prædicta debita providenda, et assectanda; et assectatores qui ad prædictum ponerentur, teneantur prædicta, jurare ad sancta Dei Evangelia, prædicta observare et facere bona fide, et omnes officiales dicti Communis teneantur vinculo juramenti exigere, et exigi facere dativas seu collectas de terrenis et vineis Hispellanorum quæ sunt in districtu Hispelli, preter de terrenis Ecclesiasticis, et Monasteriorum qui adfeudati, seu adscripti non sunt; et qui comptenserit solvere dativam, aut collectam, aut impositam condennatur per Potestatem in centis libris denariorum, et teneatur solvere dativam sibi impositam. Et quandocumque contigerit, quod aliqua debita imponerentur, eligantur tres collectores litterati sed de quolibet Terzerio unus in consilio populi, ordinis, qui Collectores, et quilibet eorum sint

adeatas=

adeatestati ad minus in quincentis libris de=
nariorum, quod colligere debeant ipsam dativam
sic imponendam, et quislibet teneatur eisdem
solvere partem sibi contingentem, infra termi=
num in statuto contentum ad pœnam prædic=
tam. Qui collectores in dicto consilio debeant
jurare prædicta facere bona fide, et elapso tem
pore assignato de solvendo dativam qui non
solverent illos assignare Domino Potestati in=
fra secundam diem ad pœnam librarum vi=
gintarum quinque denariorum de suo salario,
dictam dativam solvere faciat collectoribus,
quam dativam donec fuerit exacta per
alios non possit colligi aut accipi nisi per
dictos collectores. finito vero dicto tempore
infra octo dies per sacramentum dicti col=
lectores assignare, et reddere debeant ra=
tionem de hiis quæ ad manus eorum per
venerint causa prædicta ad pœnam centarum
librarum denariorum illi aut illis qui electi
fuerint ad prædicta per Priores dictæ Ter=
ræ, et nullus possit esse collector, qui fuerit
collector alicujus dativæ, fictus, montis, palu=
dis aut passaggij ab uno anno citra, et qui
fuerit ad prædicta aut aliquod prædictorum
collector de inde ad unum annum non pos
sit esse collector, et si electus esset et ac=
ceptaret, eligens et acceptans in pœna de=
cem librarum denariorum incurrant, et i=
dem dicimus in collectoribus fictus, montis,
paludis et passaggij, et nihilominus labora=
tores terrarum, et possessionum ad solvendas
dativam cogantur pro terrenis et possessioni=
bus quas laboraverent, et detur licentiam re
tinendi de fructibus existentibus in ipsis ter=
renis et possessionibus; et si ipsi laboratores
vocarentur ad aliquam curiam occasione præ
dicta Sindacus Communis prædicti faciat
omnes exceptiones necessarias, non obstante
aliquo capitulo in contrarium loquente. Et
dicimus quod nullus terrigena aut forensis
debeat laborare aliquam possessionem, nisi
de ipsa solveretur dativa, exceptis possessi

onibus

onibus Ecclesiarum, et Monasteriorum pe-
na et banno centarum librarum denariorum
et nihilominus datium solvere teneatur, et
hoc potestas faciat banniri omni mense, et
si quis daret damnum in talibus possessio-
nibus non teneatur ad aliquam pœnam (Pos-
sessionibus Ecclesiarum et monasteriorum
dumtaxat exceptis). Et dicimus quod dati-
vœ expendantur pro debitis pro quibus im-
positæ fuerint, et postquam ad manum cam-
merarii pervenerint, possint dicti Cammera-
rii dare illis personis pro quibus impositæ
fuerint tam cum licentia potestatis quam
sine ex deliberatione dicti consilii, et non
alia. Et si Commune haberet denarios ad
usuram solvantur antequam alia debita,
et dicimus quod collectores dativæ cujusli-
bet imponendæ teneantur dare fidejussorem
de reddendo Communi ut dictum est de eo
quod ad eorum manus pervenerit, aut alte-
rius eorum occasione prædicta, et ad dictam
pœnam, et ipsis collectoribus rationatis per
rationatores ponendos ad rationandum eosdem
fiat eis quietatio per Communi, facta prius
per eos et quem-libet ipsorum integra re-
stitutione Communi prædicto de omnibus pro-
ventis ad manus eorum dicta de causa, et
amplius (quietatione habita) dicta de cau-
sa non molestentur. Et priores populi dic-
tæ Terræ qui essent pro tempore infra oc-
to dies eorum officii singulis diebus mensis
faciant legi in consilio populi, sive ordinis
Prioratus per notarium Cammerarii omnes
introitus, debita et expensas dicti Commu-
nis facta et facienda tempore ipsorum
pœna centarum librarum denariorum pro
quolibet. Et quislibet Priorum populi qui
erunt in dicto officio successores pro tempo-
re imponant dativam si debitum fuerit
in Commune a biscentis libris supra, et
exigi facere pro communi infra terminum
in statutis contentum, ad dictam pœnam
in qua si contrafecerint per potestatem

debeant

debeant condennari. Et dicimus quod de libris mortuis fiat unus quadernus per se, et singulis sex mensibus dativa quam solvere deberent praedicti, vendantur et dentur plus offerenti, factis inde prius pluribus bannimentis, et si non inveniretur emptor, potestas teneatur dativam exigere pro communi. Addicientes quod collectores dativae fictus montis et paludis nullum habeant salarium a Commune, et si reciperent aliquod salarium occasione dictarum collectionum aut alicujus earum, tam dantes quam recipientes in decem libras denariorum pro quolibet ipsorum, et vice qualibet condennentur per potestatem dictae Terrae. Et ratio collectarum dativarum fiat hoc modo videlicet: quod extrahatur summa totius catasti Terrae Hispelli, et cujuslibet Terzerii per se divisim, et exacta dativa, reddantur cancellario communis per collectores dativarum nomina non solventium, et quantitates per quibus non est vel non esset solutum, et secundum formam dicti catasti, et summarum et quantitatum non solutarum fiat ratio quantum exactum erit, quae ratio fieri debeat per cancellarium dicti communis et unum hominem ponendum per priores dictae Terrae, qui habeat de Salario a cammerario dicti communis pro qualibet dativa decem libras denariorum, et dictus cancellarius nullum habeat salarium a dicto Commune dictae de causa, et qui colligeret dativam, pro focularia aut per catastum non obstantibus praedictis habeat et habere debeat a communi pro ejus Salario per focularem aut catastum, et pro qualibet dativa tres libras denariorum, nisi aliquis pro minori pretio colligere voluerit, de quo antequam detur alicui fieri debeant per priores dictae Terrae publica bannimenta, quod qui minori pretio colligere voluerit sibi detur ad colligendum. Qui collectores teneantur

nantur et debeant de dicta dativa per
singulare reddere monetam in totum prout
tangit, et utile, et prode monetae compute=
tur Cammerario, de qua moneta nullus
officialis Communis praedicti possit nec de=
beat solvi nisi computato florenco per eo
quod valet seu valebit in dicta Terra Hi=
spelli. Volumus autem quo omnia excom=
putata dativarum, et quam in dativis
et quam in dativis excomputatum, non
obstante quod in libro dativarum ponan=
tur dicta excomputata mittantur ad exi=
tus Cammerario dicti Communis in libro
exitus ipsius per cancellarium dictae Ter=
rae

Cap: 2

De Indennitate Hispellanorum

Item statuimus quod potestas dictae Terrae
vel judex teneatur recuperare personas homi=
num dictae Terrae, et ejus districtus, et eo=
rum bona si essent alicui impedita sed per=
sona per personam, et res pro rebus. Et si
aliquis fuerit captus, vel suis rebus expoli=
atus, et non fuerit satisfactum ei ab illo,
aut illis a quo aut a quibus fuerit expo=
liatus postquam fuerit requisitus, Potestas
aut judex possit et teneatur ei dare licen=
tiam auferendi ab hominibus et personis ip=
sius Communis unde fuerit expoliatus, et
antequam represensaliae concedantur, et li=
centia detur habeatur aliqua fiducia, quod
ipse castellanus fuerit Hispelli, quod fuerit
damnificatus aut expoliatus in aliquo, et
proponatur in consilio utrum sint conceden=
dae represensaliae, nec ne, et non concedantur
alicui exbannito dictae Terrae, nec etiam ali=
cui Hispellano qui ostiliter contra aliquam
Terram iverit, nec concedatur alicui si dam=
num aliquod pateretur aut recepit reale vel
personale si iverit ad aliquam terram, aut
extrahxerit aliquid de qua facta fuerit inhi=
bitio. Et dicimus quod incontinenti cum
aliquis habuerit licentiam de apprehenden=
do

do de bonis alicujus, et acceperit aliquid teneatur assignare Communi prefato illud quod acceperit aut abstulerit, et qui contra fecerit solvat Communi decem libras denariorum; et in hiis potestas possit procedere ex suo officio, et Curia. Et volentes providere indennitati Hispellanorum providimus, quod si in aliqua civitate, aut Terra ducatus Spoleti reperiretur esse aliquod Statutum, ordinamentum aut reformatio seu deliberatio consilii aut arrenghe aut aliter qualitercumque ordinatum contra Commune Hispelli, vel aliquas spetiales personas ipsius sive in genere sive in spetie, sive in genere de aliquo certo homine, quod illud tale statutum, ordinamentum aut reformatio videatur esse in Statuto presenti, et habeatur hic pro expressis et ordinatis, et dicimus quod Capitulum hoc debeat declarari in terra qualibet ducatus Spoleti.

Cap. 3

De Platea et Mattonato

Item statuimus, et ordinamus quod potestas et Notarius damnorum datorum Communis Hispelli teneantur et debeant observare, et observari facere in bono statu palatium dicti Communis; plateam, voltam palatii, et mattonatum factum et fiendum intus et extra Hispellum, et nullus dictum mattonatum lignis lapidibus aut impedimento debeat impedire, salvo quod pro munimine possit impediri per spatium trium mensium, et nullus debeat habere foveam juxta dictum mattonatum, aut prope per mediam perticam ad minus, que sit ampla ultra duos pedes, ad pedem pertice, et nullus projiciat gettatitium, aut letamen, paleam, aut aliquam turpitudinem, in aliquo mattonato, nisi illud elevaverit infra tres dies, et qui contra predicta aut aliquod predictorum fecerit in viginti libris denariorum puniatur de facto. Et nulla mulier debeat costare canapam in dicto mattonatu ab arcu filiorum Floriani usque ad arcum filiorum Fabbresi

et

et circum circa plateam communis, et qui con
tra fecerit solvat nomine banni viginti libras
denariorum de facto, et quilibet possit esse
accusator et teneatur secretus, et nullus mit
tat sua scrofam sive porcum ad stradam
infra hos confines, et qui contrafecerit solvat
pro qualibet vice, et quolibet porco sex
denarios. Et nullus tenens juxta ipsam stra
dam infra dictos confines possit habere ban
cam extra pilottam nisi trium submisso=
rum ad plus. Sed illi qui habent macel
lum usque ad domum magni Thomae de=
beant ipsas bancas elevare pro ut Potes=
tas vel notarius, aut alter de ipsorum fa=
milia praeceperit, et dictae banchae non sint
clausae circum circa, et omnes Stolae, quae sunt
super ipsas bancas debeant elevare seu allar
gare tenentes ipsas stolas in altum quod
homo non possit dare caput in ipsis, et qui
contrafecerit solvat viginti libras denario=
rum de facto. Et nullus infra dictas contra=
tates, et plateam spandat coria vel coiamen
extra domum, nisi ille qui pilottas habent
et qui contrafecerit solvat nomine banni de=
cem libras denariorum.* Et nemo in Scalis
Palatii vendat oleum, vel ponat vasa cum
oleo, et qui contrafecerit puniatur in vigin
tis libris denariorum. Et quilibet de o=
mnibus et singulis supradictis possit esse
accusator et habet duas partes banni. Et
dicimus quod via, quae est juxta ipsam stra
dam, et in ipsa Strada ubi pendens ad=
vallatum, seu devastatum mattonatum
fuerit, quod reactetur, et sit equale ut
via alia sine aliquo impedimento expensis
Communis, et super hoc ponantur ad facien=
da predicta tres homines de quolibet terze=
rio unus, et si dicti homines fuerint ne=
gligentes condennentur in quadraginta li=
bris denariorum pro quolibet, quae omnia
faciant observare, et specialiter faciant
aptare viam per quam itur ad domum
Andrioli domini Severini. Et dicimus quod
aqua

*Et nullus faciat turpitudinem
in ipsa platea aut juxta, aut
in palatio aut volta et qui
contrafecerit solvat nomine
banni decem libras denario=
rum

aqua pluvia, quae venit de montarone usque ad domum Bartolilli Massuti derivetur per loca consueta de burgo in burgum. Statuentes etiam quod si aliquis destruxerit aliquam de picturis Palatii intus aut extra solvat pro qualibet vice decem libras denariorum, et faciat reactare picturas. Cujus banni tertia pars sit communis, et dua accusatori. Et dicimus quod Priores dictae Terrae faciant reaptari expensis Communis omnes picturas Palatii quae devastatae sunt. Addicientes quod Priores dictae Terrae qui erunt pro tempore, ultimo de mense Maji et junii proxime venturi teneantur et debeant emere, expensis dicti Communis omnes mattones necessarios pro via, et strada reparanda, et mattonanda, qua itur a Porta Portae clausae ad Portam Piscariae, et facere apportari expensis dicti Communis ad dictam Terram Hispelli ad poenam decem librarum denariorum pro quolibet eorum. Et alii Priores dictae Terrae tunc proxime sequentes teneantur et debeant de aliis mensibus tunc proxime subsequentibus ultimo de mense Julii et Augusti facere bene aptari, reparari et mattonari dictam Stradam, et viam totam ubi mattonata, et aptata non fuerit expensis dicti Communis ad poenam decem librarum denariorum, quas poenas potestas dictae terrae qui pro tempore erit teneatur ipsas poenas exigere pro Communi a contrafacientibus vinculo juramenti, ad poenam decem librarum denariorum de suo salario retinendarum per camerarium dicti Communis pro ipso Commune

Cap: 4

De Leprosis expellendis

Item Statuimus quod Potestas Terrae Hispelli non permittant aliquem leprosum habitare in dicta Terra, et si aliqua persona fuerit accusata aut convincta, manifesta causa aut probatione faciat illam, aut illum mittere ad hospitale communis Hispelli Leprosorum

prosorum ubi consuetum est infra octo dies postquam accusa vel denumptiatio facta fuerit, et potestas teneatur facere inquisitionem de praedictis infra unum mensem a die sui introitus, et super quae debeant jurare quatuor boni homines et legales de qualibet societate, et nihilominus teneantur ᵃᵈ ˢᵘᵖʳᵃᵈⁱᶜᵗⁱ procedere per denumtiam cujuslibet spetialis personae, et si non fecerit perdat de suo salario vigintasquinque libras denariorum. Et si de aliqua persona dubitaretur utrum sit leprosus habeantur Medici de Hispello, qui debeant videre et cognoscere bona fide sine fraude; et si quis commiserit fraudem muret duas perticas muri in muro dictae Terrae suis exepensis, et postquam fuerit lata Sententia contra aliquam personam, et reperiretur esse leprosam potestas aut judese teneatur et debeat talem aut tales pro suam familiam ad locum supradictum mittere, et si non fecerit pro qualibet die qua steterit ipse aut ipsa, potestas solvat de suo salario centas libras denariorum, et Sindacus qui erit ad sindacandum eum, teneatur de praedictis facere inquisitionem, et ipsum repertum culpabilem condennare, et quilibet dictorum medicorum habeat a dicto infecto unum floreneum auri; et cum medicis de Hispello sit unus forensis, qui a dicto infecto habeat tamtumdem, et Flebotomator habeat pro qualibet Flebotomia vel pro qualibet Flebotomate deces solidos denariorum, et solvatur eisdem antequam declaretur; et si infectus noluerit solvere, potestas debeat eum compellere, et a consortio separare sine aliqua examinatione. Et dicimus quod potestas teneatur congregare consilium secretum, et in ipso proponere: quis modus sit servandus et tenendus in praedictis ita quod leprosi, et leprosae expellantur omnino de Hispello et mittantur poenitus ad dictum Hospitale; et si quis aut si qua fuerit missus, vel missa ad standum in dicto Hospitali, et non steterit, et ibi

habita=

teverit, et inveniretur ad standum alibi, quod omnia sua bona Communi Hispello adjudicentur. Addicientes quod si quis leprosus vel leprosa retroactis temporibus missus ibi ad standum, steterit alibi quam ad dictum Hospitale condennentur fratres carnales vel pater si habuerit in biscentis libris denariorum, si dictum leprosum ad dictum locum redire, aut stare non fecerint infra dictum terminum banni vel precepti potestatis fiendi super hoc. Et potestas faciat banniri predicta per totum Hispellum infra unum mensem post ejus introitus, et teneatur super hiis inquisitionem facere et procedere ad petitionem cujuscumque Hispellani, et condennare ut dictum est, et condennationes exigere pro Communi. Addicientes quod si aliqua persona leprosa dicte Terre steterit alibi, et infra terminum dicti banni non iverit, et steterit ad dictum hospitale, quod omnia bona sua publicentur dicto Hospitali, et leprosi et leprose qui steterint in dicto hospitali habeant fructus dicti hospitalis pro eorum vita, et necessitate, et residuum in comodum dicti hospitalis pro dictos leprosos expendantur. Et si aliqua leprosa de Hispello steterit in dicto hospitali, et non haberet aliquid in bonis teneatur pater vel mater, vel fratres carnales ei dare partem bonorum ipsorum non obstante aliquo contractu divisionis, donationis, vel venditionis facte aut factarum inter eos. Et leprosi qui steterint ad dictum hospitale possint affictare et locare possessiones dicti hospitalis, et fructus recipere et habere, ut supra est expressum, et laborare prout ipsis leprosis placuerit

Cap: 5

De Notariis de Hispello

Item statuimus et ordinamus quod Notarij Banche, sive Causarum civilium Communis Hispelli sint et esse debeant de collegio

legio Notariorum de Hispello, quorum officium dividatur inter eos, et quislibet possit esse, si erit Notarius publicus et habitaverit in Hispello, et fuerit allibratus in catasto communis Hispelli, et solverit dativam, et si non, non possit esse ipse nec aliquis loco sui, nisi fuerit absens juxta et legitima causa, nec aliquis possit esse loco alterius nisi semel in anno, et si contrafecerit in praedictis, scripturae quae contra formam scriberentur non valeant, et notarii de Hispello, vel collegium ipsorum ponatur et eligatur notarius ad dictum officium prout de ipsorum processerit voluntate, et notarii qui ad dictum officium ponuntur jurent praefatum officium exercere bona fide sine fraude, et quod non accipiant salarium ultra eis inferius deputatum, qui teneantur scribere acta civilium causarum, et habere debeant pro eorum salario pro praesentatione duos denarios, et pro relatione duos denarios, et pro productione libelli, et termini dati ad respondendum super ipso duosdecim denarios, et pro quolibet juramento alicui dato, vel deferendo ad petitionem alicujus sex denarios pro qualibet parte, pro juramento calumniae sive litis contestatione pro qualibet parte sex denarios, pro pronuntiatione facta sex denarios, pro protestatione duosdecim denarios, pro productione articulorum, sive positionum quatuor denarios, pro praecepto et termino sex denarios, pro pronuntiatione facta sex denarios, contra aliquem contumacem, et commissionem bajuli sive praeconis super ipsis executionibus duas libras, pro pronuntiatione et sententia definitiva quinque libras, pro productione cujuslibet instrumenti publici sex denarios, pro protestatione duosdecim denarios, et pro copia sive secunda scriptura dictarum scripturarum tantumdem, pro quolibet dictu testium si dixerit se aliquod scire duosdecim denarios pro prima scriptura et pro secunda tantumdem, et

pro

pro rogatione procurationis, tutelæ, curæ, inventarij, et actoriæ duosdecim denarios pro quolibet, et si restituerentur in publicam formam quinque denarios pro qualibet ipsarum, pro revocatione tenutæ, sive banni cum depositione expensarum et præstatione fidejussoris duas libras. De omnibus autem aliis scripturis ad dictum bancum occurrentibus, congruum salarium accipiant. Et dicti notarij non accipiant a spetialibus personis cartas pro primis scripturis, sed ipsas habere debeant a Communi, et nullus dictorum notariorum dum erit ad dictum officium possit nec debeat esse procurator alicujus, nec ire in aliquam ambasciatam nec recipere aliquod aliud officium. Et notarius Potestatis scribat omnes accusationes inquisitiones, et denumptiationes, et dicta testium productorum, condemnationes et absolutiones sine aliquo prætio, et alia acta necessaria, et possit recipere testes in absentia accusati, et accusantis, et valeat et teneat talis receptio, et talis accusatio, et probatio. Et dicimus quod quicumque notarius fuerit subjectus jurisdictioni Communis Hispelli, et non fuerit scriptus in matricula, sive collegio notariorum de Hispello non possit nec debeat facere aliquod instrumentum publicum, sive aliquam scripturam publicam, sive rogare aliquem actum, vel contractum, et qui contrafecerit condemnetur qualibet vice per potestatem in vigintis quinque libris denariorum, et quislibet possit esse accusator et habeat medietatem pœnæ prædictæ, et aliâ sit communis. Et quislibet notarius subiectus jurisdictioni Communis Hispelli teneantur et debeant pro qualibet rogatione cujuslibet contractus, accipere duosdecim denarios pro qualibet parte et non plus, quas rogationes debeant illico scribere et legere postquam scripserit in præsentia partium. Pro qualibet scriptura cujuslibet contractus

in publicam formam reducta usque in quantitatem quinquagentarum librarum, octo libras, et ab inde supra usque in quantitatem centarum librarum, decem libras, et ab inde supra pro quolibet centinario quinque libras. Et quilibet contrahens, cujus dicti contractus venirent recolligendi, teneatur et debeat recolligere instrumentum in publicam formam, sive instrumenta, infra duos menses pro dicto pretio, et si non recolligerit infra dictum tempus, teneatur solvere duplum dicti instrumenti. Et potestas teneatur costringere ipsum contrahentem ad recolligendum dictum instrumentum ad petitionem dicti notarij, dummodo hoc locum habeat in instrumentis emptionum. Et si notarius requisitus a contrahentibus non restituerit infra octo dies postquam requisitus fuerit, potestas teneatur costringere dictum notarium ad reddenda dicta instrumenta dictis contrahentibus sine aliquo salario. Teneantur quoque dicti notarij reddere testamentum, codicillos, et alias ultimas voluntates personis quibus tangeret, infra dictum terminum postquam requisiti fuerint, et habeant et habere debeant pro eorum salario pro primo centinario decem libras pro aliis centinariis quinque libras pro quolibet, salva semper conventione facta seu habita inter partes. Et si praedicti notarij contrafecerint in praedictis aut aliquo praedictorum condemnetur quilibet eorum, et qualibet vice in centis libris denariorum. Et quilibet notarius solitus artem notariae exercere teneatur et debeat secum portare continue calamarium calamus, et cartam, et si non portaverent ipsi aut aliquis ipsorum, condemnetur in quadragintis libris denariorum pro quolibet et qualibet vice; et si aliquis dictorum notariorum rogaverit aliquam rogationem, quam ipse fecerit malitiose et probatum fuerit contra eum condemnetur

tur in biscentis libris denariorum per potestatem dictæ Terræ

Cap. 6

De Executione condemnationum

Item statuimus quod Notarius executionum Communis Hispelli teneatur et debeat inquirere, et executioni mandare omnes sententias, et condemnationes factas, vel exbannimenta facta a decem annis citra per rationatores et officiales Communis Hispelli qui pro tempore fuerint et nunc sunt, et fierent in futurum tam pro parte contingenti parti, quam pro parte contingenti Communi, de quibus executio facta non esset. Et potestas et priores dictæ Terræ eidem notario præstent auxilium, consilium et favorem, et si prædicti potestas, et priores in prædictis negligentes fuerint, solvat potestas de suo salario centas libras, et quislibet Prior vigintasquinque libras denariorum. Et quicumque habeat de bonis Communis Hispelli costringatur per potestatem et ipsum notarium ad restitutionem ipsorum bonorum, et rerum Communis, et hoc faciant incontinenti cum debitor fuerit denuntiatus Curiæ dicti Communis

Cap. 7

De Turribus conservandis

Item statuimus quod Potestas Terræ Hispelli faciat conservare in bono Statu Turres quæ in Hispello sunt, et ejus districtu, dummodo Turris Santi Petri remaneat in suo esse, et Sindacus Communis Hispelli infra unum mensem post introitum potestatis accipiat in tenutam, et faciat confici publicum instrumentum, ita quod Commune Hispelli suum possit habere intellectum, et alias Turres habeant illi quorum sunt, et possit iri ad eas per vias publicas, et vicinales, et per illum locum ubi esset Communis utilitas hominum, et consortium qui habent in dictis Turribus. Et potestas et judex possit imponere bannum quinquagentarum

gintarum librarum denariorum quotiescumque
qui contrafecerit. Et si dictae Turres essent in aliquo fractae, et devastatae occasione Scaffalium aut fenestrarum, vel aliquid hostium fuerit in eis muretur ad renam et calcem infra unum mensem post introitum potestatis, et nullus debeat impedire aut impedimentum praestare viae seu viis quibus itur ad dictas turres, seu iri debeat, seu ad aliquam ipsarum foveis, muris, spinis aut aliquo impedimento, et qui contrafecerit puniatur in decem libris denariorum. De custodia vero dictarum Turrium, remaneat in providentia Priorum. Addicientes quod nulla persona audeat, vel praesumat, nec possit in Colbernerio, nec in aliqua parte ipsius fortilitias edificare, nec domum aliquam construere poena quinquecentarum librarum denariorum, et quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni, et nihileminus possit potestas vel ejus curia contra delinquentes per inquisitionem ex suo officio procedere, et nihileminus quod edificatum fuerit removere teneatur infra quintam diem post quam fuerit sibi injunctum sub dicta poena. Et quod nulla persona de Hispello aut ejus districtu habens aliquam fortilitiam in castro Colopini, in Colle Sancti Joannis, aut alibi ubicumque intus aut extra Hispellum, et in fracta empta a rubeo domini Leonardi, aut in alia possesione in confinibus dicti Communis aut prope confines dictos, aut extra confines praedictos per unum milliare, non debeat vendere aut alienare, aut possesiones ipsius in alium transferre, nec cedere aut concedere quacumque de causa alicui collegio, universitati, aut personae, quae non sit adcatastata in libra dicti Communis, et solvat datiam, et sine expressa licentia Potestatis et Priorum dictae Terrae ad poenam mille librarum denariorum, et contractus inde factus aut fiendus sit ipso jure nullus et nullius valoris, auctoritate praesentis Statuti; et nullum jus emptori per ipsum contractum, aut alio quocumque titulo recipienti aut stipulanti acquiratur

ratur. Et super prædictis potestas ex suo officio procedere possit, et delinquentes punire et condemnare in dictis pœnis, et condemnationes exigere pro communi

Cap 8

Quod ubi homo habitat, ibi appretietur

Item statuimus, quod ubi homo habitat ibi appretietur, et in quocumque loco habeat domum, ibi habeat partem officiorum, et faciat factiones dicti communis in illo terzerio ubi domum haberet; et si quis fuerit appretiatus in alio terzerio, quam in illo in quo appretiari deberet secundum formam præsentis Statuti, illi de cujus Terzerio esse deberet, debeant ipsum recipere cum suo appretio. Et si homines, qui habitant extra muros dictæ Terræ sint appretiati in discordia, sit in providentia potestatis et consilii, et quidquid fecerint sit firmum.

Cap 9

De Via qua itur circum circa Hispellum

Item statuimus quod potestas et Notarius damnorum datorum dictæ Terræ faciant sgommorare viam qua itur circum circa Hispellum, et allargare ubi expedierit, ita quod sit ampla octo pedibus ad pedem perticæ, et liceat communi eam terminare per prædictos aut alterum ipsorum multis terminis, et lapidibus terminare ubi non esset terminatum. Et hoc idem notarius scribi faciat per duos notarios de Hispello ad minus excepta via qua itur ad sanctum Venturam, usque ad introitum portellæ, qui est ante portellam. Et nullus infra dictas senaitates possit ædificare. Liceat tamen hæredibus Bovitelli, Romenzoni, et hæredibus Pauli Nicolæ reficere domus suas quæ sunt sub capubone et capumacca. Et quod dictus Notarius teneatur, et debeat infra unum mensem post suum introitum publice ire ad dictam viam, videndum, et solennem inquisitionem facere de præ=

predictis contra omnes, et singulas personas, que reperirentur culpabiles, et impedimento ap=prhensione, et subtractione aliqua vel aliquo facto ultra aut contra senaitates antiquas ad dictam mensuram, et repertos culpabiles condemnare, et cogere, et costringere teneatur ad reddendum ipsam viam ad modum debitum et senaitates antiquas infra terminum unius mensis, ita et taliter quod dicta via sit bene sgomborata, et sine aliquo impedimento relapsata, ita quod homines possint ire circumcirca murum dicte Terre usque ad murum Geronis Burghi Pusterole, et postea vadat circum dictum murum. Detrahetis senaitatibus predictis, et nullus in dicta via habeat letamen, vel foveam neque ortum, nec aliquod impedimentum, et qui contrafecerit in predictis solvat nomine banni centas libras denariorum, et ipsam viam exgomborare teneatur, cujus banni tertia pars sit communis et due accusatoris. Et si dicta via esset in aliqua parte ampla ultra modum supradictum remanat in suo esse. Et dictus notarius teneatur removeri facere omnes novitates factas in ipsa via, tam muris mortuis quam novis, et omnia alia que ipsi vie prestant impedimentum. Et si murus dicte Terre in aliqua parte esset cavatum fractum seu devastatum, potestas seu notarius predictus infra dictum terminum faciant reaptare expensis adjacentium. Et nulla persona audeat vel presumat aliquod necessarium in dictis muris supra ipsam viam ad penam vigintaquinque librarum denariorum facere, cujus banni tertia pars sit communis et due accusatoris, de quibus potestas et notarius teneantur facere inquisitionem omni mense, quod si non fecerint potestas quinquaginta libras denariorum perdat et notarius vigintaquinque libras denariorum de eorum salario. Et nulla persona audeat aut presumat in muro novo nec veteri dicti communis ipsos muros et

subtus

subtus ipsos muros ex parte interiori, et exte=riori cavare, nec aliquam cantinam seu grut=tam facere, aut habere ultra planitiem et equalitatem Terreni quod est aut esset jux=ta ipsam cantinam ex utraque parte, nec aliquod hostium in ipsis muris aut aliquo ipsorum habere muratum, aut non muratum et dicti homines dictam cantinam, hostium seu gruttam de=beant reimplere usque ad cacumen ipsius hos=tij, gruttae, seu cantinae infra quindecim dies postquam fuerit bannitum, aut eis aliter denuntiatum sub poena quinquagintarum librarum. Et praedicti potestas et nota=rius, praedicta exequi teneantur, et debeant facere banniri publice in locis consuetis in=fra mensem, et de praedictis facere inquisi=tionem et repertos culpabiles condemnare, et si praedicta non fecerint incidant in poenis supradictis

Cap: 10

De Semita Aequaetorte

1 Item statuimus quod semita aequaetortae quae incipit a campo filiorum Martii villae, et Bo=nagurae de Gualdo, et vadit usque ad terram filiorum Severini Jacobi, et terrae quae ibi sunt bono statu conserventur usque ad ter=ram filiorum Egidij; et nullus debeat ip=sam impedire fossato aut alio impedimento, ita quod quis possit ire et redire cum bes=tiis et sine, et qui contrafecerit pro qualibet vice condemnetur in decem libris denariorum cujus banni tertia pars sit communis et duae accusatoris. Et dicimus quod priores dictae terrae ponant superstites ad facien=dum dictam semitam aptare, et terminare prout eis videbitur, qui possint ponere poenam et bannum decem librarum denariorum hoc ut eis obediatur, quod bannum ipsi super=stites exigere possint pro communi, et ipsi habeant de ipsis bannis et poenis tertiam partem. Et quod semita orticelli quae in=cipit a strada nova, et vadit recte in possesionibus Sancti Petri, et trahit recte

usque

usque ad stradam quae est juxta possessiones Pauli Brunacci, et quod semita antiqua per quam ibatur ad stradam penitus devastetur, et quod nullus semitas contentas in Statuto debeat impedire aut devastare poena quadraginta librarum denariorum, cujus banni tertia pars sit communis et duae accusatoris

Cap. 11

De Arboribus impedimentum praestantibus

Item statuimus quod si quis habuerit arborem, aut arbores seu sepem supra res alterius, et non elevaret postquam fuerit denuntiatum ei; liceat ei, et illi cujus res fuerit aut terra super qua pendet; elevare et incidere illud quod jaceret supra rem suam, seu terrenum, et fructus colligere sine poena et banno. Et si ille cujus esset dicta arbor non incideret et elevaret infra tertiam diem post denuntiationem sibi factam per illum cujus fuerit res, vel possessio solvat ille cujus fuerit arbor decem libras denariorum, et potestas non permittat aliquem aedificare supra viam publicam aut vicinalem ita quod praestet impedimentum in eundo, et transeundo per viam, et qui foderit in aliqua via solvat pro qualibet vice quadraginta libras denariorum, et notarius potestatis teneatur de praedictis qualibet mense facere inquisitionem

Cap. 12

De Colle Sancti Joannis

Item statuimus, quod omnes et singuli, quibus fuerint data aliqua casalena, et assignata ad aedificandam domum, teneantur et debeant facere aedificare ibi domum, et ibi habitare continue cum tota familia, dummodo illi quibus assignata fuerint casalena in Colle Sancti Joannis de parda, pro communi et Sindaco ipsius communis teneantur et debeant domum in dicto loco aedificare, et qui contrafecerit in libris viginti-

quinque

quinque puniatur, et potestas teneatur prædicta facere fieri, quod si non fecerit perdat de suo salario bisentas libras denariorum, quas Cammerarius debeat retinere pro Communi. Et dicimus quod quicumque fecerit supra dictas domus, in Casaleno sibi dato teneatur murare bono muro et ex parte extrinseca, habeat enim immunitatem hinc ad deces annos omnes dativa et collectæ quæ pro Commune Hispelli imponentur de omnibus possessionibus, quas haberent a saxo pusatorio supra, qui sunt sibi allibrati in catasto Communis Hispelli, et dicimus quod homines qui habent in dicto castro domus pro defensione ipsorum, et dicti castri debeant sub pœna decem librarum denariorum infra unum mensem intus unam et aliam domum claudere bono muro; Et quod in Colle Sancti Joannis debeat fieri unum campanile, ubi assignatum fuerit per Sacerdotes dictæ Ecclesiæ; et prædicta dicimus si placebit consilio ordinis, et Prioribus. De aliis in dicto Colle fiendis et ordinandis remaneri volumus in providentia Potestatis et Priorum, et Consilii antedicti

Cap. 18

De novis Habitationibus

Item statuimus quod quicumque forensis venerit habitandum in Terra Hispelli, et receptus fuerit in terrigenam dictæ Terræ nullam habeat de cetero immunitatem a dativa vel aliis factionibus Communis, sed teneatur dativam solvere, et omnia alia facere ut alii Hispellani, et nullus de cetero possit recipi in terrigenam dicti Terræ nisi ex deliberatione Consilii populi, et si aliter receptatus fuerit non valeat, et nullus recipiatur in terrigenam dictæ Terræ nisi prius emat domum valoris quinquaginta librarum denariorum ad minus, quam domum non possit vendere aut alienare, sed perpetuo sit obligata Communi propter offensionibus quas dictus Forensis

sis committi contigerit postquam fuerit receptus. Et dictus talis receptus infra tempus trium annorum a die sua receptionis computandorum, aliquam offensam in aliquo Hispellano, aut contra Statuta commiserit puniatur semper ut Forensis. Si vero talis Forensis offenderetur ab aliquo postquam fuerit sic receptum, offensor puniatur velut offenderet aliquem Hispellanum. Et nullus possit emere dictam domum nec aliam possessionem ipsius, et qui contrafecerit solvat viginti quinque libras denariorum, et contractus sit nullus, et instrumentum emptionis praedictae factae a dicto tali recepto aut recipiendo scribatur in registro Communis Hispelli. Addicientes quod quicumque emerit dictam domum a dicto novo terrigena teneatur et debeat dare Communi Hispelli, tantum quantum fuerit pretium dictae domus, et in praedictis dictus talis emens debeat per potestatem et ejus curiam condemnari, et ipsam condemnationem exigi debeat pro Communi

Cap: 14

De Balanciis et mensuris

Item statuimus quod Potestas Terrae Hispelli infra quindecim dies post suum introitum, simul cum Cammerario dicti Communis debeat adjustare balancias et marcum Communis Hispelli ad marcum Lucensem, ita quod sint bene adjustatae et aequae, et ad dictum pondus quilibet possit ponderare, et aliter non, et si quis contrafecerit puniatur in vigintiquinque libris denariorum, cujus banni tertia pars sit communis, et duae accusatoris. Et cum ponderetur Zafferanus talis modus servetur, videlicet: quod quicumque terrigena vel forensis ponderaverit pro qualibet vice habeat duos denarios, a venditore, et ab emptore tantumdem et semper balanciae sint

in

in clova, et de clova exiri non possint contra jus vel malitiose, et qui contrafecerit punietur qualibet vice in quadraginta libris denariorum, et quislibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni, et potestas teneatur in praedictis procedere per inquisitionem ex suo officio, et condemnare contrafacientes sine accusa et denumptiatione, et non sit fractus fusus belanciarum, sed integer, et saldus sit, et potestas infra octo dies post publicationem, et restitutionem praesentis Statuti debeat banniri facere, quod quicumque vult emere saggiolos Communis, compareat coram eo, et plus offerenti detur. Et si aliquis ipsos emeret, accipiet salarium pro ponderatione a spetialibus personis, pro ponderatione per ipsos potestatem et officiales ordinandam, et si aliquis non comparuerit qui vellet ipsos emere detur cui placuerit Potestati praedicto, dummodo Saggioli emantur per ternos, ad quos saggiolos pon derent florenos, et alios denarios qui stabunt ad dictum pondus, et quos dictus tenens dixerit esse bonos nullus debeat refutare, immo pro justis habeantur. Tenetur autem dictus ille tenens ipsos saggiolos, praedicta facere bona fide ac etiam exercere, et si fraudem commiserit in praedictis punietur qualibet vice in decem libris denariorum, et quislibet possit esse accusator, et habeat tertiam partem banni. Et potestas faciat inquisitionem de Astatera, et marco autentico, cum quibus omnes Astaterae, et Marchi debeant adjustari. Et quicumque vendiderit pannum lanae debeat ipsum mensurare ad passum consuetum Communis Hispelli et non possit vendi ad cannam, et nullus possit habere in dicto passo puntarellum, et qui contrafecerit solvat

quali=

qualibet vice decem libras denariorum, cujus banni tertia pars sit Communis et dua Accusatoris. Et quod virga panni canapatii adjustetur hoc modo videlicet, quod ipsa virga sit et esse debeat quatuor pedibus ad pedem perticæ agrimensorum dicti Communis, qui agrimensores, vel tres ipsorum debeant ipsam virgam designare in palatio Communis præfati, ubicumque eis placuerit, ad hoc ut quislibet possit habere copiam de ipsa virga, et quislibet mercator suum pannum vendens debeat portare ipsam virgam ferratam a qualibet parte ipsius, et ipsæ partes et punctæ virgarum dictarum, cujuslibet earum sint æquales, et subtractæ in una parte ipsarum, et cujuslibet earum sit punctarellus, et in ipsis virgis designetur quilibet pes ipsarum quatuor pedum, et in quolibet pede sit signatum signum Communis prædicti, scilicet speculum, et nullus aut nulla pannum vendens det aut recipiat aliquam junctam panni, quem cederet sive emeret. Immo si aliqua virga in mensurando esset rupta usque in medium pedem teneatur ipsum emens dictum medium pedem emere pro rata pretii ipsius panni, qui medius pes ab utraque parte ipsius virgæ sit signatus, et qui contrafecerit solvat nomine banni centum libras denariorum tam terrigena quam forensis pro qualibet vice. Et potestas vinculo juramenti teneatur et debeat dictos agrimensores ad prædicta facere constringere infra quartam diem post publicationem præsentis Statuti, et prædicta facere banniri per loca consueta dictæ terræ, ac etiam teneatur idem potestas adjustare dictas perticas aptas ad mensurandum terram, ita quod qualibet pertica sit unius et ejusdem longitudinis, et ipsam perticam designare in muro prædicti

dicti Communis. Et licitum sit mercato=
ribus interesse venditioni prout eis placu=
erit ad dictam virgam seu mensuram. Et
nulla persona vendat pannum alicui mer=
catori, nisi ille aut illa cujus fuerit, et
qui contrafecerit solvat nomine banni
decem libras denariorum quoties contra=
fecerit. Et nullus mercator pannorum
det aut dari faciat aliquem denarium,
aut aliquod aliud Sartori qui interfu=
erit venditioni factae aut fiendae ab a=
liquo mercatore. Et si aliquis dictorum
mercatorum aut sartorum, daret aut da=
ri faceret aut acceperit puniatur vice
qualibet in decem libris denariorum, et
quislibet possit esse accusator, et habeat
duas partes banni, et ad faciendum ju=
rare praedicta potestas dictae Terrae om=
nes mercatores et Sartores cogat infra
unum mensem post suum introitum.

Cap: 15

De Elemosinis fiendis

Item statuimus quod potestas et Prio=
res dictae Terrae Hispelli qui pro tempore
fuerint dari faciant infrascriptas elemo=
sinas amore Dei, et Sancti Jacobi, videli=
cet quod Cammerarius Communis Hispelli
teneatur et debeat tam cum apodissa
quam sine de primis introitibus dicti
Communis dare hospitali Sancti Jacobi
de Hispello, et hospitali Communis His=
pelli, et cuilibet eorum decem libras de=
nariorum ad petitionem et terminum
majorum, dictorum hospitalium, et ha=
beantur pro legitimis expensis communis
praedicti

Cap: 16

De Formis et Viis pro terreno Communis conservandis

Item statuimus et ordinamus, quod a stra=
da qua itur poloese, et ultra versus Bi=
tonium, juxta formam inferioris Commu=
nis per unam perticam fiat forma per

Commune

Commune Hispelli, si facta non est larga quatuor pedum ad pedem perticae, cupa duabus fictis ad minus circum circa ipsum Terrenum, et forma a duobus lateribus, et a latere inferiori versus Titonium, quantum capit terrenum Communis, et ab inde supra usque in Viam quae est juxta possessionem Gilioli Mariae, fiat per addiacentes, et tenentes juxta ipsam formam pro Communi, et ipsius formae Terra projiciatur in ripa alterius formae versus aliam formam, alziando ipsam in altum ne aqua Clonae derivetur in terrenum Communis, quae ripa semper inculta veniat. Et quod dicta forma allargetur uno pede ad pedem perticae, et totum gittatitium ipsarum formarum projiciatur in mezota ipsarum formarum. Quae cavatio et remundatio incipiatur a terra Rusioli Mariae, et finiatur ad pontem polvese. Et ad praedicta fieri facienda supersit Notarius Custodiae dicti Consilii Communis qui pro tempore erit, et habeat et habere debeat pro suo salario, et labore de avere dicti Communis centas libras denariorum, et praedicta fiant per homines dicti Communis, et si praedicta dictus Notarius non fecerit fieri non habeat dictum Salarium. Addicientes quod dictum Terrenum dictae Mezotae nulla persona terrigena aut forensis audeat laborare ad poena centarum librarum denariorum nisi fuerit sibi locata per Commune Ispelli aut ejus sindicum ad arbores pastonandas et ponendas, ad quam locationem faciendam sit unus Sindicus per Commune Hispelli, qui possit et debeat ipsum terrenum sive mezotam locare et affictare usque ad triginta annos ad arbores ibi ponendas et pastonandas, et ad aliquid aliud ibi non faciendo. Et quod utraque forma tam interiori quam exteriori

teriori, quam nova et intrinseca circumcirca facta manuteneatur per commune, et aliis quibus facta esset locatio per commune et fieret in posterum per Sindicum dicti Communis. Aliæ vero formæ quæ sunt in territorio Communis prædicti teneantur per loca adjacentia, et partes, et laboratores terrarum Communis; ita quod quilibet laborator quantum capiet, et protenditur suum laboritium formam juxta ipsum terrenum manuteneat. Et dicimus, quod forma rigæ minuatur, et manuteneatur per adjacentes et cavetur, et qui non fecerit partem suam dictarum formarum, aut alterius earum solvat duos solidos, et nihilominus pars sua fieri expensis suis, et quicumque voluerit arbores pastonare juxta ipsam formam in latere exteriori formæ circum circa possessiones communis, quod illi fiat locatio per sindicum communis per trigintanovem annos, et arbores manuteneantur per illos qui pastonabunt, + et finito tempore prædicto Commune habeat medietatem, et alia sit illorum qui pastonabunt, et de prædictis fiat publicum instrumentum; et ponantur arbores circum circa ipsas foveas, ad hoc ut ipsæ formæ et ripæ ipsarum manuteneantur, et conserventur in bono statu. Et dicimus quod Francenesca a Tapito usque ad viam Gualdi allargetur per addiacentes loci, ab utraque parte uno pede ad pedem perticæ. Et dicimus etiam quod forma nova inter Commune Cannarij, et commune Hispelli pro conservatione Terreni utriusque partis communiter manuteneatur in bono statu, sine aliqua lesione a strada pontium Cannarij usque ad Tapitum. Et singulis annis scribatur Communi Cannarij quod simile capitulum ponatur in eorum Statuto. Et quicumque de Hispello damnum dederit in ipsa cum bestiis solvat pro qualibet vice

+ et fructus sint Communis et ipsorum

decem

deces libras denariorum, et reducat eam in pristinum. Et dicimus quod forma Tapiti mittatur per adiacentes, et debeat mitti a Francenesca usque ad formam noveli, supra quam forma mittenda, et etiam supra eam facienda mitti formam Viæ petrosæ, usque ad murellum, quæ omnino mitti debeat et actari per officium Communis Hispelli hoc modo videlicet: quod infra duos menses post publicationem præsentis Statuti Priores qui pro tempore erunt faciant congregare Consilium ordinis Prioratus, et consilium populi in quo eligantur duodecim boni homines, et legales, qui sint superstites ad aptandum, et ad aptari faciendum supradictas formas, vias, et foveas in præsenti Statuto contentas, et etiam omnes alias vias, formas, et foveta, et foveas prout eis videbitur, et visum fuerit expensis adjacentium per Territorium Terræ Hispelli, et illi sint adjacentes, quos dicti superstites duxerint nominandos. Et quod terrenum quod habent Assisinates versus Hispellum infra Tapitum ponatur in Catasto Communis Hispelli, quando non esset positum, et allibretur, et solvatur dativa Communi præfato Hispelli, eo quod Terrenum ultra Tapitum est allibratum in Catasto Communis Assisii. Et dicimus quod potestas det et dari debeat prædictis superstitibus auxilium consilium et favorem, in prædictis faciendis, et fieri faciendis. Et si dicti potestas et priores fuerint in faciendo prædicta negligentes condemnentur pro quolibet eorum in vigintis quinque libris denariorum. Et nulla persona de Hispello aut ejus districtu audeat vel præsumat in præjudicium alicujus viæ, et terreni communis, aut alicujus spetialis personæ, extrahere aut deviare aquam alicujus formæ plani Hispelli aut

rigi

rigi aut fovea, nec ipsam conducere in pre=
juditium sui convicini, sine licentia illius
cujus possessio laboretur, et qui contrafece=
rit solvat nomine banni decem libras de=
nariorum, et quislibet possit esse accu=
sator et habeat tertiam partem banni,
dummodo licitum sit volentibus, parte alte=
ra consentiente, extrahere aquam, et condu=
cere ad suam possessionem una die tantum
dummodo alicui non det damnum, nec pos=
sessioni alterius possit periculum generari.

Cap: 17

De Lignis Aedifitiorum

Item statuimus quod potestas teneatur et
debeat in principio sui adventus facere ban=
niri per Terram Hispelli, quod quicumque
habet de Lignis Aedifitiorum, vel funibus,
aut fortilitiis aedifitii Communis Perusii
quae fuerunt in Hispello aut aliis rebus
aedifitiorum, quod infra octo dies a die da=
ti banni sub poena centum librarum
denariorum cum effectu reassignare et re=
stituere teneantur, et si non fecerint, et fu=
erit aliquis inventus aliquod habere de
praedictis, idem potestas condemnet talem
in dicta poena et ad restitutionem dic=
tarum rerum, et de praedictis quilibet
possit esse accusator, et habeat duas
partes banni, et teneatur secretus. Et
nihilominus potestas de praedictis faciat
inquisitionem, quod si non fecerit perdat
de suo Salario decem libras denariorum

Cap: 18

Ut murentur Portae Hostia et Fenestrae

Item statuimus quod Potestas Terrae His=
pelli infra quindecim dies post suum introi=
tum faciat murari desuptus omnes portas
dictae Terrae ad renam et calcem, et ma=
gistris lapidam, et ipsas conservare in bono
statu, ita quod nullus dum fuerint clau=
sae possit per ipsas intrare, et si quis in=
de intravet aut exivet, si de die solvat

nomine banni decem libras denariorum, si de nocte viginti quinque libras denariorum, et possit de prædictis quilibet esse accusator et habeat medietatem banni. Teneatur autem potestas prædicta et debeat murari facere omnes fenestras, et hostia quæ sunt in muro dictæ Terræ duodecim pedibus supra Terram, et ab inde supra remaneat in providentia Potestatis, et qui non muraverit postquam fuerit sibi mandatum infra terminum sibi assignatum solvat nomine banni quinquaginta libras denariorum. Et nullus in dictis muris faciat versatorium, per quod possit quis ingredi aut exire, et qui contrafecerit illud reaptet, et solvat nomine banni decem libras denariorum, et quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni

Cap. 19

De Turri Quatrani

Item statuimus quod potestas Terræ Hispelli faciat diligenter custodire turrim quatrani per homines infra carbonarias dictæ Turris habitantes dummodo sint exempti a custodia Terræ Hispelli, et ab exercitu et cavalcata si pro Commune Hispelli fieret. Teneatur etiam potestas dicta Terræ in principio sui officij pro hominibus ibi habitantibus mittere, et ab eis promissionem recipere, et eis mandet quatenus ipsam turrim bene ac sollicite debeant custodire, et quod in ea de die debeant sedere continue ad custodiam dictæ turris duo homines, et de nocte vero quatuor, qui sint et esse debeant majores decemocto annorum, et de prædictis idem potestas recipiat idoneos fidejussores in mille libris denariorum, et quod promittant ipsam Turrim ad omnem petitionem ipsius communis reassignare sub pena prædicta. Et nullus possit sedere ad custodiam

diam dictae Turris nisi de illis qui prae-
dicta promiserint, aut fratres carnales
ipsorum. Et praedicti homines habeant
in dicta Turri duos cappellos, sive el-
mos de acciario, et duos paveses ad ar-
ma centorumseptuagintorum quinque. Et
quilibet appretiatus in appretio Commu-
nis Hispelli si voluerit possit ibi habita-
re et habere Casalenum modo infrascripto,
videlicet circum circa ipsam Turrim a
Carbonariis vero proximis extra, et dentur
quatuor pugilli terreni et assignentur pro
quolibet ipsorum, et fiat sindicus gene-
ralis, (et) ad danda, et concedenda ipsa
casalena per vigintosquinque annos proxi-
me venturos, dummodo solvant Communi,
ipsi, et quilibet ipsorum prout voluerint
ibi habitare pro censu dicti casaleni et
domorum costituendorum in ipso, tres de-
narios quolibet anno, et pro quolibet
ipsorum Cammerario dicti communis. Ad
dicientes quod quilibet volens ibi aedifi-
care teneatur in suo casaleno ibi assigna-
to infra unum annum facere domum
cum parietibus de terra, tecta de las-
tris sive Cuppis ad hoc ut de facili com-
buri non possit, in qua possit aedificare
usque ad terrenum supradictum finitum,
et eam domum et casalenum eidem
auferri non possit usque ad perfectionem
dicti temporis; et hoc Sindicus Communis,
eis et cuilibet eorum promittat pro Com-
muni, et eis et cuilibet aedificanti ob-
servetur, dummodo finito tempore do-
mus et aedificium remaneat communi,
et aliter nisi modo praedicto aedificari
non possit infra dictas sencitates seu
carbonarias, et qui habitaverit contra
formam praedictam solvat nomine ban-
ni decem libras denariorum, et notarius
Cammerae qui pro tempore fuerit de in-
strumento solutionis, census, aedificatio-
nis nullum salarium habeat, nec ac-
cipere

cipere possit, sed eis, et cuilibet ipsorum restituere teneatur in publicam formam sine aliquo pretio. Et idem Potestas teneatur et debeat executioni mandare, et facere, quod habitantes infra dictas Carbonarias inde omnia et singula supra dicta facere teneantur, et circum circa Carbonarias dictae Turris facere poni et plantare plantones et salices in cacumine ipsarum de plantonibus Communis per habitantes ibidem. Et habitantes teneantur ibi manutenere pontem, cancellum, et carbonarias. Et dicimus quod si dicti homines essent molestati, et ab aliquo, occasione dicti sedij, Potestas teneatur illos juvare, et defendere pro posse. Et Priores Populi teneantur mittere ad consilium populi, et mitti facere partitum de mittendo per dictos homines aut aliter. Et quicumque contrafecerit non petendo, et faciendo custodiam, ut dictum est, pro qualibet vice puniatur in centis libris denariorum, et quislibet possit esse accusator et teneatur secretus, et habeat duas partes banni. Et potestas teneatur quolibet mense una vice ad minus facere inquisitionem de custodia dictae Turris, et de alia custodia dictae turris imponenda remaneat in providentia Consilii Populi et Potestatis. Et nullus possit recipi ad custodiam nisi per se. Et carbonariae dictae Turris remundentur ita quod ripa sit alta una pertica, et una ampla ad minus. Et inter steccatum, et domum sit tale spatium, quod homines possint ire et redire. Et si quis de lignis Steccati dictae Turris acceperit solvat pro qualibet vice decem libras denariorum. Et si potestas fuerit negligens in praedictis aut aliquo praedictorum solvat nomine banni de suo Salario vigintasquinque libras denariorum.

Cap.

Cap. 20

De Muro Rivigiuncti

Item statuimus quod potestas Terrae Stipelli faciat manutenere, et conservare in bono Statu murum Rivigiuncti, et ipsum faciat reparare, ubi esset devastatum sive fractum infra duos menses post suum introitum, et de devastatione muri potestas faciat inquisitionem ex suo officio, et si aliquem aut aliquos invenerit culpabiles in centis libris denariorum condemnet. Et si malefactor dictum bannum solvere non poterit infra deces dies amputetur ei manus dextera, et notarius potestatis teneatur ire ad minus semel in mense ad viderdum dictum murum si in aliqua parte esset devastatum vel destructum ad hoc ut aqua semper habeat cursum prout decet. Et si dictus murus esset ita bene aptatus, quod aqua gualdi, ita bene currere possit per murum ipsius et congregari cum alia aqua fontis canalis. Et Priores qui pro tempore erunt ad dictum murum custodiendum, ut destrui nec ledi possit ponant unum hominem qui destruentes omnes, et devastantes ipsum murum in aliqua parte sui, et ledentes secrete denumptiet, et accuset et habeat duas partes banni et credatur dicto ipsius cum dicto duorum testium, et teneatur secretus. Et dicimus quod terra quae est supra ipsum murum sit communis ab utraque parte Clonae usque ad alveum. Et Sindicus illud accipiat per tenutam pro Communi, et ibi arbores pro Communi allevertur et nullus ibi terram habeat nisi pro communi, et qui contrafecerit in viginitis quinque libris denariorum condemnetur, cujus banni tertia pars sit Communis, et duae accusatoris, et potestas teneatur omnia et singula supradicta fieri facere et observare, et si non fecerit

cerit perdat de suo salario centus libras
denariorum

Cap: 21

De Ecclesiis et Monasteriis

Item statuimus, quod Potestas, Priores
et alii Officiales Communis Hispelli tenean=
tur et debeant in bono Statu facere, et
conservare Monasterium Vallis gloriae, Mo
nasterium Sanctae Mariae de Paradiso, et
Monasterium Sanctae Mariae Magdalenae,
et alia loca religiosa dictae Terrae, nec
non viduas, pupillos, et miserabiles perso
nas bene tractare, nec non juxta eorum
posse in eorum juribus conservare. Volu=
mus tamen quod famuli qui sunt, et pro
tempore fuerint in Monasteriis praelibatis
continue, aut in aliis Monasteriis, tenean
tur ipsi, et quilibet ipsorum facere in
dicta terra custodiam, ut alii homines dic
tae Terrae faciunt. Et Notarius custodiae,
qui nunc est, et pro tempore fuerit te
neatur, et debeat ipsos famulos dictorum
Monasteriorum vel alterum ipsorum ag=
gravare pro custodia facienda, et si non
fecerit perdat de suo salario decem li=
bras denariorum, et quilibet possit es=
se accusator et habeat medietatem ban
ni et teneatur secretus. Insuper statui
mus quod Monasterium Vallisgloriae, et
Monasterium Vallisgiagni teneantur et
debeant infra duos menses post publica=
tionem praesentis Statuti, facere fieri eo
rum expensis in spiraglio conductus aquae,
de quo exit aqua, quae ad monasterium prae
dictum derivatur, hostium bene clau=
sum cum clavi, et serratura, ita et ta=
liter quod in dicto conductu non possit
intrare aliquis, aut exire nisi clavi, et
in dicto spiraculo mittere unam Cannel=
lam ferream longam uno pede ad pedem
perticae, et grossam per unam pennam
anseris per quam, et a qua, aqua deri=
vetur ad Monasteria praelibata, et ita
actam

(margin:) + et nullus [illegible] prope dictum
monasterium Sanctae Mariae de
Paradiso, aut domum aliquam
ipsius Monasterij faciat aream
aut Paleare per quinque perticas
ad poenam decem librarum de=
nariorum

actare quod de dicto conducto per dictum spiraculum exire aqua non possit nisi per dictam Cannellam, et dictam Clavem dare et consegnare infra dictum terminum Cammerario Communis Hispelli, quod si non fecerit ut dictum est, priores qui pro tempore erunt teneantur et debeant infra alium mensem post dictos duos immediate sequens facere dictum spiraculum claudere ad renam et calcem ita et taliter quod aliquis intrare non possit in dictum spiraculum, nec aliqua aqua exire de ipso. Teneantur quoque, et debeant praedicti Priores qui pro tempore erunt infra duos menses post publicationem praesentis Statuti facere fieri in quolibet serraglio conductus aquae intus Hispellum hostium cum clavi et serratura, ita quod non possit intrari in dictis spiraglis vel aliquo ipsorum nisi cum clavi, et continue sit clausum, quae claves sint penes Cammerario dicti Communis. Et si praedicti Priores in praedictis aut aliquo praedictorum fuerint negligentes, et non fecerint condemnentur in quinquaginta libris denariorum pro quolibet

Cap. 22

De Senaitatibus

Item statuimus quod Potestas Terrae Hispelli faciat conservare in bono statu Senaitates Territorij dictae Terrae, et ad videndum ipsas, et podium quod fuit emptum a filio Passaroni, teneatur accedere, et debeat tenere in bono statu rigum Baxiani, et Tapitum pro juribus Communis dictae Terrae, et generaliter omnes alios confines, et senaitates, et privilegia Communis prout definitum est. Et teneatur Potestas cum sindico Communis praedicti, ad hoc constituto duos menses post ejus introitum ire ad dictas senaitates, et terminare per Sindicum Communis capi in tenutam ipsarum facere et ipsas accipere pro Communi, et

et omnia scribi facere per notarium dictae Terrae. Et dicimus quod Terrenum quod est in Colle . . . Commune habeat, et laboretur per homines dictae Terrae qui habent possessiones prope ipsum Collem, et in ipsis confinibus defendantur juventur, manuteneantur per Commune praedictum, quoties eis fuerit oppositum. Et terrenum, quod habet Putius Passaroni in pertinentiis ipsius Collis accipiatur et acquiratur pro Communi Hispelli, et pro Communi habeatur, et detur sibi Cambium vel Commercarius prout melius, et utilius videbitur potestati, Officio, et consilio populi Terrae praefatae.

Cap. 23
Pro illis de Fraternitate

Item statuimus quod Potestas Terrae Hispelli det auxilium consilium, et favorem illis de fraternitate Sancti Jacobi, in costruendo et aedificando aliquam Ecclesiam, aut Monasterium ad honorem Sancti Jacobi, et quod per dominum Potestatem eligantur duo homines qui ire debeant pro parte dicti Communis Hispelli ad rogandum Abbatem Sancti Benedicti, ut gratia et amore praefati Communis placeat ipsi concedere tantum terrenum Hospitali Sancti Jacobi, ut possit ibi facere horatorium in quo cantetur Missa ad honorem Dei, et Sancti Jacobi

Cap. 24
De Castro Bono

Item statuimus quod Commune Hispelli requirat per litteras, vel ambasciatores Commune Castri boni ut ipsi Communi Hispelli debeat mittere cereum consuetum in termino consueto, ut tenetur, et quod praedictam et alias conventiones integre debeat observare, quae sunt inter ipsa Communia, et si non fecerit ut tenetur fiat Sindicus per Commune Hispelli qui vadat ad protestandum dicto Communi Castri boni, quam protestationem dictus Sindicus in publi=

publicam formam reduci faciat in Statutum, quod in Terra Hispelli homines Castri boni tractentur, et habeantur sicut alii de Hispello. Quod Cereum ponatur in Palatio Communis Hispelli

Cap. 25

De Carbonariis novis et antiquis

Item statuimus quod Carbonariae Communis Hispelli conserventur in bono statu, et caventur, ubi cavatae non sunt, et sint ampla in fundo quinque pedibus ad pedem perticae, et amplientur Carbonaria usque ad Sanctum Petrum de Vignali per possessione filiorum Putii Grassi usque ad stradam superiorem usque ad possesionem Robutii et ab inde supra usque ad planellum, et de cavatione fienda remaneat in potestatem et Priores dictae Terrae, in ripa ipsius Carbonariae circum circa carbonariam communis Hispelli, et ex parte extrinseca sit via terminata, quae sit ampla quatuor pedes ad pedem perticae et non plus, pro iter licitum sit cuilibet de Hispello ire, et redire cum bestiis et sine, cum minori damno quo potuerit. Et nullus debeat cavare vel laborare in ripa ipsarum Carbonariarum, a terminis ultra, et si quis laboraret aut aliquod impedimentum faceret propter quod non possit libere pertransire solvat nomine banni quadraginta solidos denariorum, et nihilominus id quod fecerit teneatur reaptare et in statum pristinum reducere. Et quod in ipsis Carbonariis aut rivis nullus lavet coria ad poenam supradictam. Et quod Carbonaria antiqua usque ad sanctam Mariam de Prato, et usque ad viam Pontis reactetur per Commune Hispelli, et Carbonariam juxta Cancellum dictae Sanctae Mariae usque ad arcam filiorum bonae Ongamnate ultra formam Clonae, usque ad sanctum Petrum cavent, et mittant ut alias Carbonarias,

ita

ita quod Molendinum semper remaneat ex parte intrinseca

Cap. 20

De Piscariis

Item quod Piscaria parvi planelli remattonetur, et de mattonibus in eam existentibus, et si non sufficerent fiat inquisitio per Notarium damnorum datorum, et repertos culpabiles de acceptatione ipsorum mattonum teneantur et debeant adimplere omne id quod diminuetur per ipso mattonate, et si nullus reperiretur culpabilis fiat expensis adjacentium. Quos dicimus adjacentes habitantes extra Portam Pusterulae, videlicet a Monasterio Vallisgnagni usque ad murum veterem Castelli, et usque ad Cancellum Bancarum, et usque ad domum Colae Martignoni, et usque ad Cancellum positum juxta domum Comptutij, quod opus fiat de mense Januarii, et superstit notarius damnorum datorum, et si fuerit negligens perdat de suo Salario decem libras denariorum. Et dicimus quod aqua quae superat de fontibus Planelli in ipsam Piscariam mittatur, et quae superat de fontibus conducti similiter. Statuimus etiam quod Piscaria de porta clausa seu villa nova, remundetur, cavetur, et aptetur expensis Communis in qualibet parte ipsius Piscariae, ubi est via octo pedibus ad pedem perticae debeat esse ampla ipsa via, ad praedicta fieri faciendum, superstes ponatur per Priores populi, et in ipsa piscaria sit et esse debeat varcatorium per quod possit ingredi et exire. Et quod murus Piscariae extra portam Pusterolae, qui devastatus est, et unde aqua fluit, quando dicta Piscaria est plena, aptetur et muretur expensis Communis, ita quod aqua de dicta piscaria exire non possit, nec via qua itur ad fontem veterem aut aliis viis aliquod impedimentum possit praestare. Et hoc officium Commune teneatur executioni mandare

dare infra unum mensem post Kalendas Ja=
nuarij sub poena vigintaquinque libra=
rum denariorum pro quolibet. Et dicimus
quod dicta Piscaria remundentur tempori=
bus condecentibus, et quod Forum bestia=
rum fiat in platea Porta

Cap: 27

De Armario Communis

Item statuimus quod Potestas qui pro
tempore erit in principio sui officij fa=
ciat poni in Armario Communis, quod est
in Ecclesia Sancti Andrea omnes libros qui
positi non sunt, et nihilominus actetur sig=
nium quod est in ipsa Ecclesia positum,
et reservatum in Sacrestia Fratrum mi=
norum in quo ponantur omnia privilegia,
et scripturae possessionum Communis Tri=
pelli, et si potestas hoc non fecerit per=
dat de suo salario vigintasquinque libras
denariorum. Et priores populi dictae Terrae
praedicta fieri facere teneantur. Et quicum
que furatus fuerit vel subtraxerit in fu=
turum aliquem librum, sententiam aut
exbannimentum, aut instrumenta sive pri=
vilegium vel privilegia jurium Communis,
infra duos menses post introitum Potesta=
tis, nisi publice assignaverit Cammerario
Communis condemnet eum potestas in quin=
quecentis libris, et si dictam poenam sol=
vere non poterit amputetur sibi manus
dextera, et si probatum fuerit per publi=
cam famam quod aliquis seu aliqui fui=
sent seu fuit exbanniti aut condemna=
ti, et non reperirentur in libris condemna=
tionum, aut exbannitorum ipsorum, vel
quod appareret condemnatio aut exbanni=
mentum ipsorum abrasum, vel cancellatum
aut interlineatum aut de dicto libro sub=
tractum, quod dictum exbannimentum seu
condemnatio per potestatem qui nunc est
et qui pro tempore fuerit mandetur exe=
cutioni ad petitionem cujuslibet petentis,
et sufficiat probatio oretenus facta et

probatio

probatio publica fama per tres testes fidei dignos. Et intelligitur dictum exbannimentum sive condemnatio, aut illa quantitas aut pena personalis de quo aut qua loqueretur Statutum de simili maleficio, in quibus aliquis sive aliqua fuisset aut fuissent exbanniti aut condemnati. Et si in praedictis potestas fuerit negligens perdat de suo Salario centas libras denariorum, in quibus per sindicum qui pro tempore erit ad rationem tempore ratiocinii debeat condemnari, non obstante si eidem de salario fuerit satisfactum

Cap: 28

De Condemnationibus fiendis

Item statuimus quod Potestas et alii officiales Communis Hispelli debeant observare omnes condemnationes factas seu latas contra aliquem aut aliquos, et ipsas non cassare, vel cassari facere nisi prius integre solverit Cammerario dicti Communis. Et notarius Cammerarii teneatur ipse solus et non alius cancellare omnes condemnationes in margine condemnationum quadragintarum librarum denariorum, et a quadragintis libris supra, annos Domini, et diem cancellationis scribere, et solutionem dicto Cammerario factam, et si aliter cancellarentur habeantur pro non cancellatis. Et notarius executionum ab ipso tali condemnato teneatur condemnationem exigere pro Communi nisi videretur de dicta condemnatione solutio facta in quaternis Cammerarii praedicti

Cap: 29

Contra Causantes cum Communi

Item statuimus, quod potestas, judex, et notarius, et familia ipsorum in persona propria teneantur defendere omnes et singulas quaestiones Communis Hispelli, ubicumque, semper, et quando fuerit necessarium ad videndum causas et

quasti=

questiones, ubi apparerent sine aliquo
salario. Et debeant pulsare, seu pulsa
ri facere campanam Communis quae est
in palatio pro custodia noctis, pro con
silio, condemnationibus fiendis, et om=
nibus opportunis sine aliquo salario. Et
Cancellarius non possit dare candelas ip
si Potestati, aut judici, aut notario oc
casione scripturae nec aliqua alia occa
sione, et si daret aut expenderet occa=
sione praedicta non computetur in expen
sis communis, salvo quod si contingeret
aliquod consilium populi vel aliquod
consilium fieri in palatio dicti Commu
nis de nocte, quod tunc possit dare can
delas necessarias, et habeantur pro le=
gitimis expensis dicti Communis. Et nul
lae fiant expensae in palatio Commu=
nis aut domibus ipsius communis maxi
me assidibus aut aliis rebus, nisi per re=
parationem dicti palatii, et tecti ipsi=
us, nec alia domus pro hospitio Potes
tatis acquiratur expensis Communis.

Cap. 30

De Hospitatoribus

Item statuimus quod hospitantes aliquos
in Strada Hispelli ab hospitali Sancti
Jacobi usque ad Turrim novam, si domus
fuerit eorum propria debeant ipsam copri=
re cum lastris sive cuppis usque ad unum
annum, si vero domus sua non fuerit per
dominum proprietatis, et qui contrafecerit
in vigintis libris denariorum condemnetur,
et nullus possit esse hospitator sine licen=
tia Officii Communis Hispelli, et nisi prius
satisdet idoneis Fidejussoribus de non hos
pitando aliquem exbannitum Communis
Hispelli aut aliquam personam quae vel
let offendere Commune, aut personam ali=
quam spetialem Terrae Hispelli, et qui con
trafecerit puniatur pro qualibet vice in
quinquagintis libris denariorum per Po=
testatem Hispelli

Cap.

Cap: 31

De Fidejuxoribus

Item statuimus quod si aliquis fidejuxerit aut obligaverit se in curia Communis Hispelli aut alibi ad petitionem alicujus, quacumque de causa ut actenus se obligasset, et ex dicta obligatione, seu Fidejuxione damnum aliquod pateretur sive passus fuerit, potestas aut judex ad petitionem obligantis, sive fidejubentis teneatur costringere principalem in palatio sive Volta communis prout placuerit fidejubenti ad extrahendum eum de dicta fidejuxione, et si non inveniretur principalis pro quo fidejuxor se obligavit, potestas aut judex ad petitionem obligantis seu fidejubentis si damnum passus esset, aut non, teneatur vinculo juramenti, et sub pœna decem librarum denariorum, sine oblatione libelli dare de bonis principalis pro quo fidejuxisset tantam quantitatem pecuniæ quanta fuerit illa pro qua dictus fuit fidejuxor, obligatus, aut damnum passus. Si vero bona dicti principalis non invenirentur sufficere pro quantitate prædicta, potestas faciat rationem contra possessores bonorum principalis, qui post dictam fidejuxionem emerint de bonis dicti principalis. Et dicimus quod nullus qui fuerit fidejuxor pro aliquo in curia aut alibi in aliquo contractu debeat costringi aut cogi ad condemnationem solvendam, aut quantitatem si principalis fuerit solvendus pro quo fidejuxisset, et si principalis non fuerit sufficiens ad solvendum pro toto cogatur fidejuxor pro eo quod per se principalis solvere non poterit.

Cap: 32

De Turri et Lavatorio Hospitalis Sancti Jacobi

Item statuimus, quod in Turri Sancti Jacobi muretur, et in ipsa augumentetur

ex

ex parte intrinseca plus si fuerit necessari=
um ita quod turris in qualibet parte sui
sit tantum ampla, quantum est ex parte
exteriori, et quod ipsa Turris usque ad
voltum perficiatur, et supra volta mure=
tur tantum quod possit pectorari, et mili=
tari, et quod in via quæ est juxta ip=
sam Turrim et Carbonariam fiat unus mu=
rus bonus et altus utraque parte, ita quod
aqua quæ venit per ipsam portam non
intret per Carbonariam, et ita quod Bestiæ
possint ire et redire libere, et quod in ripa
carbonariæ juxta ipsam Turrim versus Fulgi=
neum, et Assisium a qualibet parte mure=
tur expensis communis una pertica muri ut
non possit quis ingredi, aut exire, et prædicta
omnia exequantur usque ad Kalendas Apri=
lis proxime venturi, et ille qui erit super
opibus communis fiendis det in prædictis au=
xilium consilium et favorem. Et fiat su=
pra Pontem Sancti Venturæ, et in ponte
illud opus quod placuerit consilio populi,
et juxta ipsam Turrim, et Carbonariam
versus Fulgineum juxta Stradam, et pos=
sessionem Sancti Jacobi ad sensus Super=
stitum ponendum fiat expensis adjacen=
tium quodam lavoritium bene muratum,
et undique, et in fundo mattonetur sine
lapidibus salicetis, ita quod bene teneat
aquam, in quo quidem lavatorio deriven=
tur aquæ quæ superant et exeunt de
fonte Rotuli, et omnis alia aqua quæ
poterit comode in ipso derivari. Et nul=
lus dictas aquas extorqueat quin ire pos=
sit in dictum lavatorium, et qui con=
trafecerit condemnetur per notarium dam=
norum datorum qualibet vice in qua=
draginta libris denariorum, et quislibet
de prædictis possit esse accusator, et ha=
beat duas partes banni. Decernentes
quod illi, aut ille cujus fuerit possessio
contradiceret aut nollet dare Terrenum
vendendi ipsis adjacentibus pro pretio
conde=

condecenti condemnetur. Cui operi supersit notarius damnorum datorum qui pro tempore fuerit, et alii superstites per officiales nominandi. Qui notarius debeat ab ipsis adjacentibus, si perficeretur dictum opus lavatorij, accipere octo libras denariorum. Et dicti Superstites, et alii de Hispello debeant, quod fuerit ordinatum per quatuor adjacentes predictos per dictos Superstites eligendos, qui superstites possint imponere, et auferre poenam decem librarum pro qualibet vice, et cuilibet personae ut eis obediatur, quae bona in dicto opere convertantur. Et illi sint adjacentes, quos predicti superstites de Hispello duxerint nominandos. Et potestas, judex, priores et quilibet alius officialis dicti Communis ipsi operi teneantur dare auxilium consilium et favorem vinculo juramenti, et bayulum et familiam si expedierit, et fuerint requisiti dare et committere tenentur, et teneantur dare calcem necessariam ipsi operi expensis communis profecti

Cap: 33

De Muris Communibus

Item statuimus quod si aliquis habuerit murum communem cum suo consorte, et voluerit ipsum altiare, possit carpere totum murum et ipsum altiare prout ei placuerit, et consors postquam voluerit habere commoditatem de ipso muro altiato possit et teneatur emere justo pretio ipsius muri medietatem, ad extimationem magistrorum lapidum. Et si iter domorum aliquorum vicinorum esset exclusum, potestas Terrae Hispelli teneatur ad petitionem alterius ipsorum costringere alium vicinum habentem domum communem cum suo consorte per eludimine facere fieri murum infra unum mensem post requisitionem prout videbitur magistris lapidum expensis communibus. Et

nullus

nullus habens minorem domum ad altiendum costringi possit, sed servetur modus praedictus. Et quicumque haberet domum conjunctam cum domo alicujus convicini sui, et fluat aqua in domum alterius ille in cujus domum fluxerit aqua debeat, et teneatur ipsam aquam colligere et extrahere per canales, et ipsam ponere in muro suo omnibus suis expensis, ita quod nullum damnum vel praejudicium possit suo convicino generare, et hoc faciat ad petitionem illius cujus interest infra quindecim dies ad poenam decem librarum denariorum in qua per potestatem debeat condemnari, de qua pena tertia pars sit communis, et duae denumptiantis, et nihilominus praedicta facere teneatur. Et dicimus quod quicumque in muro proprio aut communi haberet aliquam fenestram aut hostium per quam, vel pro quod respiceretur in domo sui convicinii, et quod ex alia parte ipsius muri domum haberet ex dicta fenestra lumen non haberet nec aliquod jus extra ipsam, quod talis habens dictam fenestram ad petitionem sui vicini cujus interest expensis communibus, debeat murare et claudere et murum facere infra octo dies post requisitionem sui convicinij, ita quod in domo dicti sui vicini aliquod respicere non possit, et si non fecerit potestas condemnet eum in centis libris denariorum, pro tertia parte communi, pro duobus partibus accusatori, et nihilominus praedicta facere teneatur. Et nullus murus communis possit destrui pro aliquo maleficio, nec aliquis possit costringi ad emendum murum praedictum

Cap. 34

De Armis Habendis in Montaneis

Item statuimus quod quicumque habitat in montaneis Hispelli a saxo puratorio

torio supra si allibratus est in libra ap=
pretii Communis Hispelli in quatuorcentis
libris denariorum vel ab inde supra ha=
beat et habere debeat unum Corrictum gu=
ceneum, planellam, pavese, lanceam sive
balistam, vel Mannariam usque ad Kalen=
das Februarij proxime venturi, et potestas
supradictis possit et debeat interesse, et su=
prascripta, et infrascripta executioni manda=
re intra quindecim dies post suum introitum,
et quislibet de montaneis allibratus a qua=
tuorcentis libris infra habeat et habere de=
beat pavese lanceam aut balistam aut
mannariam, et qui non habuerit predicta,
ut supra dictum est infra dictum termi=
num condemnetur in decem libris denario=
rum, et si potestas fuerit negligens in pre=
dictis perdat de suo salario, quinquaginta
libras denariorum. Et Priores populi dicte
Terre ponant expensis Communis tres homi=
nes qui ire debeant de mense Septembris
proxime venturi in montaneis Hispelli
et inquisitionem facere de blado quod ha=
beret quislibet de montaneis, et ipsum bla=
dum eis inventum, et numerum rasoriorum
in publicam formam reducant, et ab eis,
et quolibet ipsorum fidejuxionem recipi=
ant de centis libris denariorum de dicto
blado non extrahendo extra districtum
Hispelli, sed de toto ipso blado dicto
reservata sufficientia pro tota familia, et
semine ad dictam Terram Hispelli in
die fori adportare teneantur, et debeant,
et aliter non possint ad dictum bladum
portandum cogi, et predicta fieri volumus
non obstantibus predictis quando placuerit
potestati, officio, et consilio Populi dicte
Terre

Cap. 35
De Villa Novoli

Item statuimus, quod novolum novel=
lum per homines ipsius Ville effossetur
circum circa, et quod ibi locus assigne=
tur

tur si placuerit Consilio Populi dictæ Terræ pro aliqua fortilitia facienda, et licitum sit hominibus dictæ Villæ sine conducto alicujus eorum expensis ad dictam Villam ducere aquam fontis Campi Jacobutii per condictum Mancice sine pœna et banno, et ad prædicta fieri facienda eligatur superstes per officiales dictæ Terræ; cui superstiti eligendi damus licentiam super prædictis fieri faciendis per homines dictæ Villæ, qui teneantur ædificare in dicto loco domum usque ad sex menses postquam fuerint eis loca assignata, et morari continue infra dictos fossos, et confinia ad pœnam vigintarum quinque librarum denariorum, et potestas dictæ terræ teneatur vinculo juramenti prædicta ad perfectionem duci facere, quod si non fecerit perdat de suo salario centas libras denariorum

Cap. 36
De Hospitali Communis

Item statuimus quod ad honorem Dei et Beatæ Virginis matris ejus, potestas et priores populi dictæ Terræ teneantur et debeant manutenere in bono statu hospitale Sanctæ Mariæ misericordiæ, quod est Communis Hispelli, et expendi facere de bonis et avere dicti Communis pro meliori reaptamento, et opere dicti hospitalis quolibet anno vigintequinque libræ denariorum. Quod hospitale manuteneatur de bonis ipsius hospitalis, et teneatur vinculo juramenti gubernator dicti hospitalis singulis sex mensibus anni de administratione sua, fructibus et proventibus dicti hospitalis ad manum ejus perventis Priori Fraternitatis Sanctæ Mariæ prædictæ, et uni alii qui a consilio èligatur reddere rationem. Qui teneantur, possint et debeant contra prædictum Gubernatorem facere inquisitionem. Qui gubernator teneatur scribi facere omnes intrai-

tas

tus et exitus, et expensas hospitalis prae=
dicti, et debeat servire peregrinis, et miser=
rimis in ipso hospitali hospitantibus, et ad
praedicta observari facere, potestas et offi=
ciales teneantur dare auxilium consilium
et favorem, et tempore quo ipse guber=
nator pecuniam supradictam expenderit,
debeant interesse tres boni homines et le=
gales de habitu regulari, qui eligantur
a consilio dictae Terrae, aliter absque eo=
rum praesentia dictae expensae non fiant
de dictis denariis. Volumus autem quod
priores populi teneantur et debeant vin=
culo juramenti infra duos menses post
publicationem praesentis Statuti unum
bonum et fidedignum hominem de quo=
libet Terzerio eligere, qui inquirant et
inquirere debeant eorum juramento cor=
porali praestito, bona fide, et omni dolo
et fraude cessante res dicti hospitalis,
et de ipsis facere inventarium, et curam
habeant et habere debeant circum nego=
tia ipsius hospitalis

Cap: 37

Contra Cavatores Lapiduum

Item statuimus, quod omnes homines qui
foderint lapides a quinque annis citra
in monte Hispelli, et etiam qui foderint
in futurum ad dandum Communi Hispelli
centinarium lapiduum pro quolibet costrin=
gantur, et si non fecerint per potestatem
dictae Terrae puniantur quislibet non dans
in centis libris denariorum, et nullus de=
beat in vena alterius fodere nisi eam di=
misisset per tres menses a tempore quo
foderit in poenam praedictam

Cap. 38

De Pedagio Communis

Item statuimus quod pedagium Commu=
nis Hispelli sit integre ipsius Communis,
et quod deveniat integre in Cammera Com=
munis praefati, et quod pedagium Perusi=
ni, seu Spoletini nullatenus solvere

teneantur

teneantur, sic a Hispellanis non accipitur in eorum Terra. Et quicumque colligerit pedagium Communis Hispelli, in solutione dicti pedagii, teneatur et debeat infrascriptam formam servare videlicet, quod omnibus hominibus et personis de ducatu accipiet tantum quantum eis accipitur Fulginiae, et teneatur et debeat collector dicti pedagii in consilio populi jurare ad Sancta Dei evangelia corporaliter tacto libro praedicta integre attendere et conservare, et idoneos fidejussores praestare, et si contra praedicta fecerit dictus collector in centis libris denariorum puniatur, cujus banni medietas sit communis, et alia accusatoris, et teneatur hoc Capitulum in publicum formam habere, et ostendere volentibus videre, et videri facere quibus causa pedagii aliquod peteretur sub dicta poena, et potestas teneatur omni mense semel ad minus de praedictis facere inquisitionem, et punire contrafacientes

Cap. 39

De Sciaquatoriis

Item statuimus quod quislibet de Hispello et ejus districtu teneatur et debeat habere sciaquatorium apertum suae possessionis. Si aliquis suus convicinus debeat in ipsa terra sciaqquare ad poenam quadraginta librarum denariorum, et nihilominus talis debens ibi sciaqquare, possit ipsum sciaqquatorium aperire, et suam terram sciaqquare sine poena et banno, et quod omnia sciaqquatoria quae sunt in muro communis praefati tam in novo quam in veteri per quod consuevere aquae exire manuteneantur apta in bono statu, ita quod ipsae aquae possint exire de Hispello, et nulla persona audeat aut praesumat ipsas atterrare, nec gittatitium aut impedimentum opponere quominus ipsae aquae non possint libere per ipsis aut aliquo prae-

dictorum

dictorum labi et currere sub pena centis libris, et qui non tenet sciaqquatorium aptum in dictis muris aut aliquo ipsorum solvat dictam penam, et teneatur sciaqquatorium aperire. Et nemo habens fossatum commune debeat ipsum mittere sine licentia consortis, aut requisitione consortis et qui contrafecerit solvat nomine banni viginti libras denariorum cujus banni medietas sit communis et alia dicti consortis.

Cap. 40

De Questionibus terminandis

Item statuimus quod si aliqua questio civilis, aut criminalis esset aut in posterum fuerit in Curia Hispelli debeat finiri, et terminari secundum formam statutorum presentium, non obstante quod fuerit inceptum aut commissum fuerit maleficium tempore alterius precedentis Statuti

Cap. 41

De Trasanna Pusterulae

Item statuimus quod Trasanna seu volta facta in terreno Communis Hispelli juxta portam Pusterulae ante domum Petri Bianchi, et trasanna facta in planello, conserventur in bono statu, et perpetuo sint, et esse debeant Communis Hispelli

Cap. 42

De quibusdam Viis manutenendis

Item statuimus quod Via que vadit a Cancello clauso olim Ghiroli usque ad fontem Sancti Martini actetur per adjacentes et cultores montis — Item via Collis sancti Fortunati usque ad Ecclesiam Sanctae Mariae de Rapichiano manuteneatur per adjacentes — Item via que est a domo Vidi usque ad stradam Pusterulae manuteneatur per adiacentes — Item via Terrajolina manuteneatur per adjacentes juxta ciccolum Vagnoli

et

et heredes Ninidattoli, Munaldum Muto=
li, et alia latera — Item quod Via
ab hostio Simonis Brunatti usque ad
Ecclesiam Sanctae Mariae de prato per
homines Societatis Scalae — Et ad dic=
tas vias, et infrascriptas, et quamlibet
ipsarum per Officiales Communis His=
pelli superstes ponatur et eligatur —
Via autem qua itur ad Ecclesiam
Sancti Venantii, manuteneatur et ac=
ctetur per adjacentes, si actata non est
— Et illae Viae quae sunt in possessio=
nibus Communis, quibus itur ad cavam
lapidum . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

reducatur prout est tunc, et sunt, et
nullus ipsis viis praestet impedimentum
aut alicui ipsarum ad poenam prae=
dictam

Cap. 43
De Facculis fiendis

Item statuimus quod potestas et
ejus officialis, sive ejus judex tantum
et Priores populi dictae Terrae, et
Notarii Reformationum, Custodiae, Dom=
norumdatorum dictae Terrae qui pro
tempore erunt teneantur et debeant
vinculo juramenti et sub poena decem
librarum pro quolibet accedere ad ho=
norem Virginis gloriosae ad Ecclesiam
Sanctae Mariae majoris de Hispello in
festivitate ipsius Virginis Mariae de men=
se Septembris de sero cum facculis et
luminariis, ipsasque facculas offerendo
ibidem ad honorem et reverentiam
ipsius virginis et ad cultum divinum tam
in ipso die festi, quam in futurorum
serviendo. Consules vero Societatum soti=
endo eosdem cum luminariis ut moris
est

. . . .

. . . .

platea, et quicumque in dicta platea fecerit aliquam structuram, aut in ea projecerit solvat nomine banni centum libras denariorum

Cap. 44

De domibus non destruendis

Item statuimus quod potestas, nec aliquis ejus officialis communis Hispelli aliqua sumpta occasione aut causa possit nec debeat destruere nec destrui facere aliquam domum, nisi forte pro exbannimento, furto, aut enormi maleficio, dativa aut mutuo aut condemnatione solvendo; et si quis ipsorum officialium contrafecerit Potestas in quinquagintis libris denariorum per Sindicum qui erit ad eum rationandum, eas retineri faciat pro Communi, et nihilominus ad damni restitutionem ei quod substinuerit condemnetur, et dicimus quod magistri lapidum, vel lignaminis non graventur per aliquem officialem ad destruendam aliquam domum, aut vineam alicujus

 nisi ut alii Hispellani gravantur

Cap: 45

Ut Potestas non gravet
Aliquem contra Statuta

Item statuimus quod si potestas, judex aut Vicarius, aut Notarius damnorumdatorum, aut alius Officialis Communis Hispelli civiliter aut criminaliter processerit contra aliquem Hispellanum non servato Statuto, tali Hispellano dictus potestas, judex, seu vicarius in centis libris denariorum, et quislibet alius officialis in quinquaginta libris denariorum condemnetur communi predicto, et quidquid fecerint contra formam Statuti decernimus non valere, et ipso jure sit cassum et irritum, et nullius valoris, et quidquid sequeretur ex eo

Cap: 46

Ut nullus det Strenam

Item statuimus quod nulla persona audeat vel presumat dare aliquam strenam alicui sponse propter virum ipsius sponse. Et nulla persona aliquam strenam ab aliqua persona contra formam predictam recipiat, et qui contra fecerit in dando vel recipiendo condemnetur per potestatem dicte terre in centis libris denariorum, et quislibet de predictis possit esse accusator, et habeat duas partes banni. Et quod nulla mulier audeat aut presumat mittere aut portare alicui mulieri jacenti in paleis tempore quo jacet aliquod exennium panis pena centarum librarum denariorum. Et quod mulieres non vadant in congregatione ad aliquam sponsam ultra quattuor simul. Et quando aliqua sponsa iverit ad Ecclesiam prima vice, ad domum viri aut redierit, nulla persona exceptis consanguineis suis, videlicet sex tantum, et sex mulieres vadant cum ea, et qui contrafecerit in predictis aut aliquo, solvat nomine banni deces libras denariorum, et nullus faciat nuptias in quibus sint a

decem

decem hominibus supra, ad dictam pœnam, et de prædictis, et quolibet prædictorum quilibet possit esse accusator et habeat medietatem banni, et alia sit Communis et teneatur secretus, et quod in omni sponsalitio fiendo in dicta Terra debeat interesse vel requiri notarius potestatis, et si aliter fieret partes incidant in pœnam decem librarum denariorum pro qualibet, in quibus per potestatem debeant condemnari. Et prædicta omnia, et singula potestas prædictus faciat banniri per totum Hispellum infra duos menses a publicatione præsentis Statuti per loca consueta dictæ Terræ, et nihilominus quolibet mense de prædictis, et quolibet prædictorum teneatur ex suo officio facere inquisitionem, et si non fecerit perdat de suo salario quinquaginta libras denariorum. Et dicimus quod nulla persona compater, aut commater alicujus faciat aut fieri faciat alicui suo affiliato aliquam battimagliam aut pannos, et si contrafecerit condemnetur pro quolibet, et qualibet vice in decem libris denariorum, et quislibet possit esse accusator, et habeat medietatem banni

Cap: 47

De Strada Sancti Petri

Item statuimus quod Strada Communis Hispelli publica a Turri Sancti Petri usque ad sanctum Venturam actetur et allargetur ex parte inferiori, ita quod sit ampla decem pedibus ad minus ad pedem perticæ. Et ubicumque dicta Strada esset magis ampla remaneat in suo esse, salvo quod dicta strada non tangat aliquam domum aut Ecclesiam, vel domum copertam, aut murum ad renam et calcem factum pro domo alicujus Ecclesiæ, aut alicujus spetialis personæ, et ad prædicta, et infrascripta faciendum in quod tangit ipsa strada supersit Notarius executionum qui pro tempore erit. Quæ strada

actari

actari debeat usque ad Kalendas Martii proxime venturi. Et si dictus Notarius negligens fuerit in praedictis perdat de suo Salario centas libras denariorum. Et tenentes juxta ipsam Stradam ex parte inferiori debeant facere murum novum ad renam, et calcem juxta ipsam stradam, dummodo Commune Hispelli det calcem necessariam ipsi muro

Cap. 48

De Via Sancti Pauli

Item statuimus quod Via sancti Pauli a domo olim Niccoluţii Boricelli usque ad domum filiorum Robutii, et mattonatum quod est ante ipsam domum debeat mattonari mattonibus hoc modo, videlicet quod medietas dictae Viae mattonetur expensis adjacentium, et alia medietas expensis Communis Hispelli, et adjacentes dicimus tenentes juxta ipsam viam, qui debeant mattonare medietatem dictae viae, sicut trahunt eorum possessiones et ad praedicta facienda superstites eligantur per officium dictae Terrae

Cap. 49

De Fonte Rotuli

Item statuimus quod fons rotuli et conductus fontis ipsius usque ad lavatorium fiendus hospitali Sancti Jacobi manuteneatur expensis adjacentium, hoc modo quod fons praedictus per adjacentes, veluti per homines infra portam, et alii fontes extra portam per homines extra portam

Cap. 50

Ut res locatae conserventur

Item statuimus, quod si aliquis Clericus vel Clerici seu Cappellani, aut Ecclesia, vel Monasterium intus aut extra Hispellum, vel eorum sindicus et procurator, vel spetialis persona locavet seu locasset aliquam possessionem ad affictum seu laboritium, sive adscriptum, sive in emphiteusim alicui personae, quod talis

Labo=

laborator seu conductor manuteneatur in possessione et contractus seu instrumentum ipsius conserventur, et observentur usque ad perfectionem temporis quo deberet ipsam possessionem tenere secundum formam sui instrumenti per Officialem Communis Hispelli. Et si accusatus fuerit a Locatore quod super ipsa accusa non procedatur. Et si quis turbaverit aut molestaverit dictum talem possidentem puniatur in vigintiquinque libris denariorum pro qualibet vice, salvo quod si dictus talis possessor possessionem perderet sive jus quod in ea haberet sua negligentia ob non solvendo quod debuerit non audiatur; sed si protestatus fuerit ante litem contestatam, vel Domino rei se velle solvere, non prejudicetur, sed plenarie audiatur et hoc locum habeat in preteritis presentibus et futuris

Cap: 31

De Aquis habendis

Item statuimus quod Commune Hispelli in anno proxime futuro faciat a fonte seu vena butironum et ubicumque invenitur aqua usque ad conductum Fontis canalis, et de hiis cum fieri poterit provideatur per Priores Populi et alios Officiales, cum magistris lapidum de Hispello, et aliunde quando dictum opus ratione temporis fieri poterit. Et dicti Priores teneantur unum superstitem eligere, cum salario pactis et conditionibus per ipsos faciendis, et antequam dictum opus incipiatur per Consules Societatis de Hispello, et Montanea brevia omnia renoventur, et matricula ipsorum, in quibus sint omnes homines de Hispello, et ejus districtu a quindecim annis usque ad septuagintis vel si minor esset quindecim annorum et non haberet aliquem alium in domo qui in brevi esset appretiatus in appretio dicti communis a centis libris supra

Ita quod

ita quod nulla persona de Hispello, nec centiseptuaginti quinque, qui sint suppositi jurisdictioni Communis Hispelli a dicto onere sint exempti. Et etiam omnes viduæ scribantur quæ reperiuntur extimatæ in appretio communis a centis libris denariorum supra, ut dictum est, si dicta vidua non haberet aliquem alium pro sua libra, et nisi fieret quod dictum est nullus ad dictum opus cogatur per officiales communis prædicti. Scribantur quoque in ipsis brevibus pro se, aut in uno quaterno omnes forenses qui habitant in Hispello a duobus annis citra dummodo ipsi forenses non graventur nisi per servitia personalia. Et potestas, et ejus officiales, prædictis teneantur dare auxilium, consilium, et favorem, et si prædicti Officiales, et Priores in prædictis fuerint negligentes, aut aliquod contra prædicta in scriptum dixerint aut proposuerint puniantur, potestas in bisentis libris denariorum, et quilibet alius officialis in vigintisquinque, et ita et taliter ducantur dictæ aquæ in conductu prædicto, quod fiant Molendina ut videbitur Prioribus et Consilio dictæ Terræ, Et ad hoc ut prædicta omnia et singula, et alia occurrentia circa prædicta, et in prædictis adimpleantur, et perficiantur solenniter prædicti Priores habeant plenum arbitrium, et prædicta fiant expensis Communis prædicti. Insuper statuimus quod per Potestatem et dictos Officiales requiratur Abbas Sancti Silvestri, Capitulum Monasterij Vallisgloriæ, et Sanctæ Mariæ, et Sancti Laurentij, et omnes alii Clerici de Hispello, quod amore et gratia Communis dari facere placeat auxilium consilium et favorem

Cap. 52

Ut Nullus uccellet ad columbas

Item statuimus quod nullus de Hispello aut ejus districtu audeat aut præsumat

uccellare

uccellare ad columbas domesticas, aut uccella=
vi facere cum retibus actis ad uccellandum
et capiendum columbas si in ipsis retibus
habuerint indices columbarum, et qui contra
fecerit solvat nomine banni centas libras
denariorum, et credatur accusatori cum duo
bus testibus, et quislibet possit esse accusa=
tor, et habeat duas partes banni. Et
nullus habeat, nec habere debeat in domo
ingenium ad capiendas columbas in domo
actum, et qui haberet solvat et solvere
teneatur quadragintas libras denariorum
Communi predicto, et potestas teneatur quo
libet mense de predictis facere inquisitio=
nem.

Cap. 53

De Stradis factis et fiendis

Item statuimus quod Stradae novae quae
sunt in plano Hispelli scilicet Stradae
quae vadit Polvese, et Strada Mastinellae
quae vadit ad Pontem Sancti Andreae, ma
nuteneantur in bono statu, et reactentur,
et reabbrevientur per homines dictae Terrae,
et pons predictus altetur et aptetur ex=
pensis adjacentium, et quod fossatae ipsarum
Stradarum adminus in summitate trium
pedum ad pedem perticae sint undique et
tantumdem cupa, et dictae stradae videan=
tur et mensurentur per agrimensorem, et
reabbrevientur hoc modo, quod quislibet ho=
mo portet in parte sua decem salmas bre
ciae in qualibet dictarum stradarum, et
plus si videbitur superstitibus ad predic
ta ponenda, et quod Stradae Mastinellae
a dicto ponte usque in Territorium Can=
narij compleatur, et fiat illius latitudinis
prout est alia strada, et plus si necesse
erit; et quod fiant et sint undique for=
mae bene largae et cupae, et fiant in ip=
sis pontes ubi expedierit bene apti. Et
ad predicta fieri facienda supersit No=
tarius executionum qui erit pro tempore,
qui habeat, si dictam stradam fieri fe=
cerit.

cerit, et compleverit hinc ad Kalendas Augusti proxime venturi, pro suo salario decem libras denariorum a Communi; si autem non fecerit nihil habeat a Communi, et si Cammerarius ei solverit non computentur sibi Cammerario in expensis communis. Et potestas teneatur in predictis dare auxilium consilium et favorem, quod si non fecerit in pena vigintiquinque librarum denariorum incurrat. Et quod Via Sancte crucis actetur expensis adjacentium, et mittantur undique fossata, et abbrevietur per ipsos a via Sancti Venture usque ad fractam Rubei, cui operi supersit Notarius damnorumdatorum, et fiant in ea pontes ibi et ubi expedierit. Qui Notarius si predictam dicci fecerit ad effectum habeat a dictis adjacentibus quindecim libras denariorum. Et licitum sit cuilibet cavare breccam causa abbreviandi Stradas predictas ubicumque placuerit cum minori damno quo potuerit. Et via qua itur pantanellum, a strada nova qua itur quatranum usque ad fontem Assevelli per adjacentes actetur et abbrevietur, et undique mittantur fossata, cui operi per Priores populi superstes ponatur, et eligatur salario adjacentium. Strada vero Massae cij juxta Crucem Bruni a via, quae fuit olim Colae Nardi Spinutii, usque ad possessionem dominorum de Montizelo, et accarellum Mascioli altietur in altum ad equalitatem possessionum, quae sunt juxta ipsam stradam, et sint undique fossata, ita quod sint ampla una pertica absque fossato, et ad dictam stradam fieri faciendam supersit dictus notarius damnorum datorum, et fiant predicta expensis adjacentium. Et dicimus, quod dicta Strada seu Via Aquatini, quae vadit ab Ecclesia Sancti Stephani et tendit ad majestatem Vadilongi actetur, et abbrevietur per homines dictae Terrae Hispelli, et fossata mittantur

per

Cap: 54

Ut Murus novus manuteneatur

Item statuimus quod murus factus a Planello usque ad Portam Portusii, et ubicumque factus est manuteneatur in bono statu et compleatur ubi factus non est expensis Communis Hispelli, et in communi debeant contribuire adjacentes extra dictum murum, et infra si videbitur consilio populi. Quod murus factus, et fiendus debeat esse liber et expeditus ex parte exteriori et interiori, et debeat esse via ampla per unam perticam, et quicumque habens domum extra murum novum, et destruxerit ipsam domum, et reduceret intra dictum murum habeat quadraginta libras denariorum pro qualibet pertica domus qua destruxerit. Et quod expensis Communis praedicti a Turri Sancti Petri usque ad Murum Geronis prope domum filiorum Ranerij, Conversoli a Turri infra per possessionem filiorum Petrj Grassi usque ad Carbonarium Communis fiat unus murus ad renam et calcem bene muratus et merlatus, et hoc debeant operari Priores Populi qui pro tempore erunt, et si non fecerint in poena decem librarum denariorum quilibet ipsorum incurrat (incurrant). Et potestas et priores dictae Terrae ipsum murum fieri faciant ut dictum est, et dent, et dari debeant auxilium consilium et favorem et si non fecerint Potestas in vigintis quinque libris denariorum, et dicti Priores in dicta poena debeant condemnari, et Cammerarius teneatur ipsos denarios retinere de eorum salario prout tangit. Et quod Carbonaria Communis ubicumque videbitur in lapidibus ponendis per dictos priores expensis Terzeriorum fiant muri ad renam et calcem, quod teneant aquam ita, quod in aliqua parte Carbonariae sit vacatorium aliquod, sed in qualibet parte jaceat aqua, dummodo Commune det calcem pro praedictis

ctis. Et Priores dictae terrae infra duos men=
ses post publicationem praesentis Statuti, te=
neantur vinculo juramenti eligere sex bonos,
et legales homines dictae terrae, sed de quo=
libet Terzerio duos, qui supersint, et super=
esse debeat muris, viis, et formis, stradis,
fontibus, et cancellis, et pontibus veteribus,
et novis factis, et fiendis in terra Thispel=
li et ejus districtus, et manuteneantur
pro commodo et utilitate dicti Communis.
Qui boni sex homines una cum dicto of=
ficio possint et debeant super quolibet prae=
dictorum providere, et stabilire quidquid
eis, aut majori parti ipsorum videbitur
et placuerit. Et praedicta teneantur exe=
cutioni mandare expensis dicti Communis, qui=
bus auctoritate praesentis statuti super prae=
dictis et quolibet praedictorum damus et
concedimus liberum arbitrium, et plenam po=
testatem, et quod ipsi, et quilibet eorum, ad
hoc ut eis melius obediatur, possint imponere
poenam, et bannum vigintarum librarum de=
nariorum, quam poenam potestas a contrafa=
cientibus, et non obedientibus pro communi ac=
cipere teneatur. Teneantur etiam dicti Priores
dictis sex bonis hominibus dare, et praestare
auxilium, consilium, et favorem vinculo jura=
menti, et ad poenam decem librarum dena=
riorum pro quolibet, et illud quod dicti bo=
ni sex viri expedierint, aut assignaverint ex=
pedisse pro praedictis aut aliquo praedictorum,
pro expensis legitimis habeantur, et de prae=
dictis expensis dicti Priores teneantur face=
re Apodissam ad requisitionem dictorum homi=
num, vel majoris partis ipsorum vinculo ju=
ramenti, et ad dictam poenam pro quolibet.
Et Cammerarius dicti Communis apodissam
facere teneatur, et ipsas expensas solvere sub
poena praedicta absque aliqua tarditate. Qui
boni homines teneantur et debeant quolibet
mense ad minus semel ire circum circa Thi=
pellum visuri quod circa reparationem mu=
rorum tam veterum quam novorum, porta=

rum, cancellarum, et carbonariarum fieri faciendam si fuerint necessaria, et opportuna. Teneantur etiam ad requisitionem cujuslibet ire ad videndum quascumque vias vel stradas, seu formas, aut pontes, quae essent in aliqua devastatae, quas aut quos ut eis videbitur reparare, et reactare expensis adjacentium vel communis facere fieri teneantur. Et si in praedictis aut aliquo praedictorum in praesenti Capitulo contentorum fuerint negligentes ipsi aut ipsorum aliquis in decem libris denariorum per potestatem debeant condemnari, quam poenam potestas ipse pro communi exigere teneatur. Qui superstites habeant salarium a Communi ais ordinandum per ipsos Priores, et cammerarius communis qui fuerit pro tempore eis de bonis dicti Communis solvere teneatur, non derogando per praesens Capitulum aliis superstitibus in aliis Capitulis praesentis Statuti contentis, sed ipsos superstites potius confirmandos decernimus. Addicientes quod murus Communis qui est juxta aream sancti Tirapichi compleatur, et fiat usque ad portam Furrium expensis communis, cui operi fiendo ponatur per consilium ordinis prioratus tres superstites, videlicet pro quolibet Terzerio unus, qui faciant dictum opus fieri facere. Quibus superstitibus damus auctoritatem et baliam, imponendi adjacentibus dicti muri, et cuilibet ipsorum pro contributione expensis dicti muri, illam partem pecuniarum, quam eis placuerit. Et illos decernimus, et dicimus fore adjacentes, quos dicti superstites declaraverint, et nominaverint

Cap. 55

De Possessionibus Communis Locandis

Item statuimus, quod si aliqua persona habuerit aliquam rem communis Hispelli sibi locatam per Sindicum Communis Hispelli ad affictum aut alio quocumque modo, aut titulo, et non solverit Communi

praedic=

praedicto a tribus annis citra, aut ab aliquo anno intra dictum tempus id quod deberet, et teneretur ex forma contractus inde factus, quod ipsa res locata statim dicto conductori reaccipiatur per dictum Commune, et officiales ipsius postquam ad ipsorum pervenerit notitiam, et aliis plus offerentibus reallocetur non obstante allocatione de ipsa prius facta, quod instrumentum allocationis ex nunc volumus esse nullum et nullius valoris. Et de praedictis potestas vel ejus vicarius quolibet mense vinculo juramenti et poena viginta quinque librarum denariorum diligenter inquisitionem per consules societatis dictae terrae facere teneatur. Et si aliqua persona haberet, vel possideret aliquam rem Communis de qua non haberet instrumentum sive titulum, quod anno praedicto reaccipiatur eidem, et alii plus offerenti relocetur, et nihilominus per potestatem seu vicarium ad solvendum fictum, seu contimum, vel possessionem secundum declarationem fiendam per duos bonos homines ponendos per officiales dictae terrae pro toto tempore quo ipsam terram possedisset cogatur, et de praedictis inquiratur ut dictum est

Cap. 56

De Corruptu non fiendo

Item statuimus quod nulla persona audeat vel praesumat corruptum facere ad aliquem vel aliquam mortuum vel mortuam, et quando aliquis, aut aliqua moriretur non debeat se squartare, aut scapigliare nisi sibi infulam vel alios pannos de capite elevare longe a domo ubi persona mortua jaceret per tres domos. Et nulla mulier debeat extra domum ubi dicta persona mortua jaceret reputare, vel primam diem lunae post mortem defuncti aut defunctae ad Ecclesiam ubi esset sepulta, nec per viam reputare aut reputando nec stridendo nec supra foveam ipsius defuncti vel defunctae

ctae se scapigliare, nec stridere, aut reputare quando itur ad officium defuncti. Et si quis, aut si qua contra praedicta fecerit aut aliquod praedictorum punciatur in vigintis libris denariorum in quibus per potestatem debeat condemnari, et quilibet possit esse accusator et habeat medietatem banni, et credatur sacramento ipsius cum dictu unius testis idonei. Et nihilominus Notarius potestatis quolibet mense semel ad minus per consules societatis dictae terrae vinculo juramenti de praedictis et quolibet praedictorum inquisitionem facere teneatur, quod si non fecerit perdeat potestas de suo salario decem libras denariorum. Et dicimus quod dictus notarius semper quando aliquis moriretur ad domum ubi jaceret defunctus debeat accedere, et ad Ecclesiam ubi debeat seppelliri ad faciendam inquisitionem de praedictis sub poena praedicta. Et quod praecones Communis, quando bandiverint, et notificaverint mortem alicujus debeant dicto notario notificare poena vigintarum librarum denariorum pro qualibet vice

Cap: 57

De Pecunia mutuanda per Servadeum

Item statuimus quod Servadeus Musetti judeus teneatur et debeat quolibet anno undecimo mense dicti anni ad petitionem Priorum dictae terrae sine aliquo merito mutuare Communi praedicto, et pro ipso Communi trecentas libras denariorum, et alio mense dicti anni easdem trecentas libras denariorum, ad rationem trium denariorum pro qualibet libra pro dicto mense, loco interessis sibi succedat. Aliis vero personis accipere volentibus ab eodem sub mutuo, teneantur et debeant mutuare ad rationem sex denariorum pro libra et non plus. Et praedicta vindicent sibi locum, et durent a die factae mutuationis in antea usque

ad

ad duos annos tunc proxime sequentes, ad hoc quod meritum non computetur in sorte nec in capite, et non vindicet sibi locum nisi futuris temporibus. Volentes insuper quod dictus Servadeus habeatur et tractetur in Hispello, et per homines terrae Hispelli in omnibus et per omnia ut alii homines de Hispello, non obstante quod non sit allibratus in libra appretii dicti Communis. Cassantes et irritantes omnia alia pacta, et conventiones factas et facta inter dictum Commune ex una, et Musettum olim patrem dicti Servadei, et ipsum Servadeum ex altera parte, et etiam statuta, et ordinamenta. Addicientes quod dictus Servadeus gravari non possit aliquibus aliis factionibus personalibus, vel realibus per Commune et homines dictae Terrae

Cap: 58

De Euntibus per Colonnam veterem

Item statuimus quod licitum sit cuilibet, ire et redire sine pæna et banno per alveum Clonae veteris et fossati unde aqua ipsorum labitur per alveum petrosum et renosum sive incultum, et licitum sit cuilibet ire, et redire juxta formam alvei molendinorum a muro rivigiunti usque ad domum Vagnoli dominae Floris, et quod a dicto muro rivigiunti usque ad dictam domum sit semita aptata duobus pedibus ad pedem perticae itaquod quilibet inde ire et redire libere possit. Et dicimus quod si aliquo tempore fossatum rumperet propter aquam, quod reparetur et actetur ubi rumperetur, et ad praedicta ponantur superstites per officiales dictae terrae

Cap: 59

Si quis voluerit viam aptare

Item statuimus quod si quis voluerit viam actare aliquam publicam aut vicinalem, debeat requirere suum convicinum, vel consortem

sortem et ei notificare quod stet, et stare debeat cum eo ad dictam viam actandam, et si recusaverit stare, vel non steterit condemnetur contrafaciens pro qualibet vice in decem libris denariorum, et credatur requirenti cum uno teste, dummodo dictam requisitionem faciat una pro alia die, et si non iverit sine poena actari possit

Cap 60

De Versini Via

Item statuimus et ordinamus quod via versini allargetur per adjacentes a Valdonesche usque ad terram Colæ Mincionis, et quod dicta via usque ad viam qua itur Mevanium, clona et alveum ipsius clonæ cavetur et allargetur per adjacentes ita quod homines habentes possessionem et bladum versus turrim quatrani non recipiant lesionem, et quod aqua non labatur versus dictas possessiones. Quibus operibus eligantur superstites per priores, qui habeant potestatem imponendi, et auferendi poenas, et bannum decem librarum denariorum a non obedientibus, et habeant ab ipsis adjacentibus si fieri praedicta fecerint centas libras denariorum et aliter non. Et illi sint adjacentes quos dicti superstites duxerint nominandos. Et via qua itur ad fontem abbissi per adjacentes fiat larga sicut jam fuit, et per ipsos manuteneatur, et quicumque ipsam apprehenderit in pristinum statum reducat

Cap. 61

Ut nullus pascat bestiam forensem

Item statuimus quod nulla persona de Hispello vel ejus districtu audeat vel praesumat in Territorio Hispelli aliquam bestiam equum, vel jumentum, aut pullitrum, equum sive mulum hominum qui non sint de Hispello, vel ejus districtu tenere ad pasculandum. Et si quis contra fecerit et dictae bestiae, aut aliqua ipsarum

sarum dederit in aliqua possessione alicu=
jus Hispellani, damnum teneatur solvere
ille qui dictas bestias retineret bannum
de damno dato quod continetur in Statu=
to Hispelli, ac si essent suae propriae, et
ad damnum emendare secundum formam
Statuti dicti Communis

Cap: 62

De domibus communibus

Item statuimus quod nullus de Hispello
habens domum communem cum suo con
sorte aliquo, videlicet si unus haberet
solarium et alter terratum, nec ille qui
haberet terratum, nec ille qui haberet
solarium debeant facere noxium et novi=
tatem in praejudicium sui consortis ad poe
nam decem librarum denariorum. Et cui=
libet de Hispello sit licitum praeparare
se artificialiter cum astrico et quocumque
alio modo poterit ne aqua stillicidiorum,
et pluvia domus sui convicini fluat aut la
batur in domum suam, dummodo ea quae fe
cerit taliter faciat quod praedicta aquae
domui sui convicini non possit aliquod prae=
judicium facere, et si faceret debeat ipsum
astricum, vel artificium elevare, et nihil=
ominus solvat nomine banni viginti libras
denariorum, et tamtundem solvat convici=
nus si destruxerit artificium sive astri=
cum. Et non tangant domum, lastras, vel
murum sui convicini sine sua licentia et
voluntate cum dicto astrico aut artificio

Cap: 63

Quod Officiales possint
cognoscere

Item statuimus quod potestas, et quisli=
bet alius officialis Communis Hispelli in o=
mnibus supradictis, et infrascriptis casibus
in praesenti Statuto contentis, possint co=
gnoscere et decernere, et procedere diebus
feriatis et non feriatis, ordine servato et
non servato, quandocumque eis aut alteri
ipsorum placuerit dummodo constet de male=
ficio

Cap: 64

Contra malitiosos venditores

Item statuimus ad obviandis malitiis venditorum, quod quicumque vendiderit seu venderet alicui aliquam rem seu possessionem, et postea revendat alteri, solvat communi illam quantitatem, quam valeret res seu possessio vendita, et nihilominus dicta prima venditio valeat et teneat, et non secunda. Et per potestatem seu vicarium mittatur in possessu dictus primus emptor, et in ipso possessu per eos defendatur, non obstante si secundus emptor fuerit in possessu dictae rei, cum velimus primum emptorem primum esse possessorem, et pacifice possidere, et teneatur ipsu venditor summarie sine strepitu, et figura judicij ultimo emptori reddere pretium acceptum de dicta re vendita, et hoc locum habeat in praeteritis, praesentibus et futuris.

Cap: 65

De injuria non dicenda nec facienda Statutariis

Item statuimus quod nulla persona de Hispello aut ejus districtu audeat vel praesumat ipsis Statutariis aut alicui ipsorum aliquam injuriam facere aut dicere occasione confectionis praesentis statuti ad poenam quinquagentis libris denariorum in quibus per potestatem dictae Terrae condemnetur

Cap: 66

Quod Collectores datiarum faciant Apodissam

Item statuimus quod collectores datiarum qui pro tempore fuerint, teneantur et debeant vinculo juramenti, unicuique solventi datiam facere apodissam solutionis scriptam manu ipsius collectoris, pro qua apodissa debeat habere collector duos denarios et non plus pro quolibet solvente datiam a dictis solventibus

Cap:

Cap: 67

De quodam Muro faciendo

Item statuimus quod quidam novus, bonus et fortis murus de lapidibus fiat, et costruatur ad renam et calcem, qui incipiatur a Turri Matthei Mongouli, et tendat versus Turrim Flamengæ, et protendat ad portam Turris novæ, et conducatur usque ad murum Ecclesiæ Sancti Sisti pro bono statu, et augumentatione, et pulchritudine Terræ Hispelli; expensis Communis prædicti, salvo quod homines habitantes extra muros veteres terræ prædictæ, et in Burgo Portæ Clausæ teneantur et debeant ad dictum opus portare, seu portari facere expensis ipsorum lapides et renam, ad sufficientiam dicti operis, et ad prædicta facienda et complenda, et executioni mandanda ponatur superstes per dominos priores dictæ terræ, qui pro tempore fuerint, et cum salario dicto superstiti per eos ordinando, et declarando. Et ad prædicta priores dictæ terræ teneantur eidem superstiti dare auxilium consilium et favorem ad pœnam decem librarum denariorum pro quolibet. Et ad hoc ut melius obediatur dicto superstiti; ipse possit imponere pœnam decem librarum denariorum, et exigere dicto facto pro Communi prædicto

Cap: 68

Quod Calzolarij non possint esse Bayuli neque Gualdarij

Item statuimus quod nullus Calzolarius nec aliquis alius in dicta arte juratus possit nec debeat esse Gualdarius vel Bayulus Communis Hispelli, et si quis fuerit in prædictis electus volumus decernimus et statuimus, et ordinamus quod talis electio facta de aliquo Calzolario ipso jure sit nulla, et nullius valoris

Cap: 69

Quod Burgum Via cupa claudatur

Item statuimus quod Priores Terre Hispel=li claudere faciant Burgum Via cupa ex=pensis Communis dicte Terre, ut utilius et melius videbitur eisdem convenire ad hoc ut homines et persone habitantes in contrada molendini seu, et via cupa ab omni briga defendantur illesi, et magis securi de diu noctuque in dictis contradis vale=ant habitare

Cap 70

Contra Macellarios

Item statuimus et ordinamus quod nul=lus qui fecerit carnes in Terra Hispelli per se aut alium possit nec debeat vende=re carnes infra hos confines videlicet in=fra palatium Communis Hispelli, San=ctum Ruffinum et domum olim filio=rum Maciulae Bonatescha, et Plateam Communis. Sed licitum sit cuilibet mo=do infrascripto servato, facere macellum et carnes vendere ubicumque sibi placu=erit per terram Hispelli extra dictos confines. Et licitum sit cuilibet facere carnes in festo Nativitatis Domini, in festo Paschatis Resurrectionis Domini sine poena, et banno. Et Notarius potes=tatis teneatur vinculo juramenti facere banniri per dictam Terram quod qui=cumque vult esse Beccharius coram ipso compareat secunda die post bannimentum, et approbet, et improbet si vult facere continue per totum annum beccharium, quod si facere vult det bonum, et ido=neum fidejussorem, et juret corporaliter tacto libro de observando formam prae=sentis Statuti, et de solvendo condemna=tionem si ~~contra~~ qua fieret de eo. Et nota=rius potestatis teneatur et debeat sigil=lari facere omnes et singulas carnes por=cinas, et castratinas in auriculis, et pe=

dibus

dibus anterioribus, et posterioribus, quas vendent sive macellabunt antequam ipsas exparient, sive excorient, et si fraudem commiserit sigillans in dicta sigillatione punietur pro qualibet vice in centis libris denariorum. Et antequam dictae bestiae interficiantur dictus notarius faciat eas videre ad hoc ut de ipsis carnibus aliquis decipi non possit ratione alicujus magagnae. Et praedicta dictus notarius vinculo juramenti observari faciat, et si dicti Macellarij fecerint contra praedicta pro qualibet vice in decem libris denariorum condemnentur. Et dicti Macellarij non possint per se aut alium aliquas carnes porcinas seu castratinas incidere nisi eas venderent, quas tunc incidere debeant ad petitionem cujuscumque ementis, sub poena praedicta. Et dicti Macellarii teneantur et debeant retinere belancias in altum suspensas, et altas divisim a bancha per medium pedem perticae, et banchae debeant esse planae ab utraque parte. Et nullus macellarius praesumat ullo modo tenere manum in cova dictarum belanciarum dum pesabunt carnes. Et nullus carnem vendens possit nec debeat ciaufrinum cum belanceis cum quibus pesabit habere dum venduntur carnes, nec ipsas belancias tenere ligatas ab una parte plusquam ab alia, sed pendant per medium, et non possint nec debeant aliquam bestiam interficere, nec excoriare, et extasciare caldumina infra supradictos confines juxta stradam aut mattonatum, nec abbrugiare bestiam porcinam ubi venduntur carnes. Et quislibet carnes vendens in Hispello debeat pondus de ferro unius librae habere, et mediae librae ad minus divisim sigillatum sigillo Communis Hispelli, et nullus debeat aliquid de pedibus, capitibus aut aureculis, aut interioribus alicujus bestiae ponere

nere in pondere. Et nullus carnes vendens emat, aut emere per se aut alium faciat aliquam Scrofam, vel in hospitio retinere, nec interficere aut vendere sine licentia dicti Notarij domini Potestatis ad poenam decem librarum denariorum pro qualibet vice. Et nullus debeat in eadem bancha habere carnes nisi unius et ejusdem bestiae, et non debeat dare duas carnes pro aliis, nec debeat falsum aut minus pondus dare emptori quod habere debeat ad poenam decem librarum denariorum pro qualibet vice. Et dicti Macellarij vel carnes vendentes non possint esse nisi duo palam aut occulte similiter ad poenam praedictam pro qualibet vice et quolibet ipsorum. Et dictus notarius teneatur quolibet mense facere inquisitionem de praedictis ex suo officio, et repertos in praedictis culpabiles aut in aliquo praedictorum in dictis poenis punire. Et teneatur idem notarius facere emere unum par belanciarum expensis Communis Hispelli et teneri per dictum Commune, cum quibus vendens adjustari pondus possit, et de ipsis copiam habere, quae quidem belanciae pendeant de die sub volta palatii, et de nocte reponantur per Custodes carcerum communis in loco tuto. Et nullus possit vendere carnes bovinas de duobus bovibus simul et conjunctim, sed qualibet carnes divisas, et qui contrafecerit pro qualibet vice solvat decem libras denariorum. Et nullus audeat vel praesumat vendere carnes morticinas in Hispello, aut prope muros dictae Terrae per quinque perticas ad poenam quadragintarum librarum denariorum. Et nullus vendeat carnes in vigilia Beatae Mariae Virginis, et Sanctorum Apostolorum publice vel occulte ad poenam quadragintarum librarum denariorum, salvo quod si Vigilia venerit

de

de Sabato, quod carnes possint impunAe vendere. Et nulla persona de Hispello vel ejus districtu vendat aliquam bestiam alicui Macellario sine licentia dicti Notarij ad poenam quadragintarum librarum denariorum. Et nullus carnes vendens debeat aliquam bestiam pecudinam excoriare in totum aut in partem aut ipsarum coria in totum lavare intra domum sed foris ubi macellum fecerit, tenere pellem, caput et carnes similes donec carnes fuerint venditae et nullo modo ipsi Macellarij possint inflare aliquam bestiam quando ipsam excoriant, et qui contrafecerit pro qualibet vice in quadragintis libris denariorum condemnetur. Quae omnia supradicta, et infrascripta, praefatus notarius publice faciat bannire per Hispellum, et de omnibus, et singulis supradictis et quolibet praedictorum quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni, et teneatur secretus, et stetur sacramento accusatoris cum dictu unius testis, et dictus notarius cogat quemcumque fecerit macellum a tribus annis citra ad faciendum dictum macellum pro tempore futuro. Addicientes quod quicumque vendiderit aut vendere voluerit carnes siccas, caseum lardum habeat et habere debeat pondus de ferro et balancias sicut alii Macellarij. Et notarius praedictus possit contra eos procedere, et contra eos servetur in omnibus modus qui servatur contra Macellarios ut superius est expressum. Statuentes etiam quod carnes quae fierent per Macellarios dictae Terrae sigillari debeant sigillo Communis dictae Terrae parvo ad crucem per Priores dictae Terrae, et eorum nuntium modo quo sigillantur per notarium praefatum, sine quo sigillo vendi non possit. Et qui contrafecerit solvat pro qualibet vice, et pro qualibet quadragintas libras denariorum.

Cap:

Cap: 71

Quod mulier dotata non possit succedere

Item statuimus et ordinamus quod nulla mulier dotata a Patre seu matre, avo vel proavo, avia seu proavia, fratre carnali, seu sorore carnali, seu a quocumque dotata esset non possit nec debeat venire ad successionem illius qui eam dotaverit aut illorum ab intestato. Nec aliqua religiosa possit ab intestato venire ad successionem patris, matris, fratris carnalis, seu sororis carnalis, seu patrui, vel alicujus consanguinei, aut affinis ascendentis, vel descendentis, dum superest aliquis masculus de linea aut stirpe ex legitimo matrimonio procreatus, et si qua peteret super petitione predicta non debeat aliquatenus audiri, et predicta vindicent sibi locum in preteritis praesentibus et futuris

Cap: 72

De Ripa fossati aptanda

Item statuimus et ordinamus quod ripa fossati per quod labitur aqua a muro Rivigiunti usque ad stradam qua itur Fulgineum, versus Hispellum aptetur et manuteneatur per adjacentes ipsius ripae versus Hispellum, ita et taliter quod dicta aqua non frangat dictam ripam, et damnum inferat alicui spetiali personae, et idem dicimus a vinea quae olim fuit Andrioli domini Severini usque ad dictam Stradam. Et si dicta aqua dictam ripam frangeret, et damnum inferret alicui spetiali personae intra dictam ripam versus Hispellum, quod ille aut illi qui adjacentes fuerint, loco ubi dicta aqua dictam ripam frangeret ob ejus vel eorum negligentiam teneantur et debeant emendare damnum illi qui reciperent, secundum extimationem faciendam per duos bonos homines vicinos, ponendos

dos per Priores qui pro tempore fuerint. Et dicta ripa sic facta Notarius damnorum datorum teneatur et debeat per adjacentes ad requisitionem ipsorum adjacentium ad minus quatuor facere reparari.

Cap: 73

Pro Pallillo Barberio

Item statuimus quod Pallillus Petri Martini serviat et servire debeat hominibus de Hispello de sua arte barberiae, et ab eis recipiat Salarium in praesenti Statuto declaratum, et habeat et habere debeat de bonis et avere dicti Communis quolibet anno, quo in dicta Terra Hispelli artem suam exercuerit a Cammerario dicti Communis praesenti, octo libras denariorum quas Cammerarius dicti communis dare et solvere teneatur sine aliqua alia deliberatione et habeantur pro expensis legitimis. Volumus autem quod dictus Pallillus pro custodia, cava, aut aliqua alia factione dicti communis non gravetur, dativis exceptis quas solvere teneatur ut alii Hispellani

Cap: 74

De Executione dativarum

Item statuimus quod exatores dativarum quando extraheretur, et extrahatur pro quolibet Terzerio unus, et unus in montaneis, et quislibet ipsorum, dividantur in duas partes, videlicet una sit de catastis a quinquecentis libris supra, et alia a quinquecentis libris infra. Et nullus de dicta minori summa a quinquecentis libris infra gravari possit nec costringi ad dativam solvendo nisi prius per illos de majori a quinquecentis libris supra fuerit integre solutum de dictis dativis. Et quislibet executor ponendus pro dicto Communi, qui contrafecerit in decem libris denariorum pro qualibet vice qua contrafecerit condemnetur

Cap:

Cap 75

De Monasterio Sanctae Mariae de Paradiso

Item statuimus quod ad honorem Dei et Beatae Mariae Virginis, quod Abbadissa, Moniales, et Capitulum, et iuventus Monasterij Sanctae Mariae de Paradiso de Hispello possint et eis licitum sit eorum expensis derivare et conducere de aqua conductus Communis Hispelli ad eorum monasterium pro eorum sufficientia. Dummodo quod moniales dicti Monasterij faciant fieri eorum expensis unum hostium cum serratura et clavi in spiraglio unde aqua derivatur ad dictum Monasterium, et in ipso fiat cannella grossitudinis unius pennae, et non majoris, et ipsam clavim dare et assignare Cammerario dicti Communis infra unum mensem post publicationem praesentis statuti, et si non fecerint non possint nec debeant habere dictam aquam. Et Priores qui pro tempore fuerint teneantur infra alium mensem proxime sequentem poena decem librarum denariorum recludere dictum spiraglium ad renam et calcem, ita quod aqua non exeat aliquo modo de dicto conductu ut derivetur ad dictum monasterium. Et Moniales Monasterii Sanctae Clarae de Hispello teneantur et debeant in spiraglio de quo exit aqua, et derivatur ad eorum monasterium de dicto conductu facere fieri eorum expensis similiter cannellam, hostium et clavim, et dare cammerario dicti Communis infra dictum terminum dictam clavim, quod si non fecerint, dicti Priores infra dictum terminum debeant facere murari, et actari dictum spiraglium, quod dicta aqua non derivetur ad dictum monasterium quoquo modo

Cap:

Cap: 76

De Additionibus et diminutionibus Catasti

Item statuimus quod priores qui pro tem=
pore fuerint infra tres menses a die pu=
blicationis praesentis Statuti teneantur
et debeant facere aggregare consilium
populi dictae Terrae, in quo consilio eli=
gere faciant tres bonos et legales nota=
rios de dicta Terra prout ipsi consilio
videbitur, videlicet pro quolibet Terzerio
unus. Qui notarij sic electi teneantur
et debeant corrigere addere et diminue=
re Catasta Communis Hispelli pro uno
anno proxime venturo a die factae ele=
ctionis computato, et habeant, et ha=
bere debeant pro qualibet petia Terrae
quam adderent alicui, et diminuerent
alteri quatuor denarios a qualibet par=
tium, et non plus. Teneantur quoque et
debeant dicti notarij sedere quolibet men=
se dicti anni una die et non plus, ban=
nito prius de sero ante dictam diem,
per praecones dicti Communis, quod qui=
cumque vult dicta Catasta corrigere ad=
dere vel diminuere, compareat sequenti
die coram eis. Et notarius reformationum
dictae terrae teneantur et debeant sum=
mam totius catasti dicti Communis face=
re, et extrahere in publicam formam, et
dictis Notariis assignare, quam sum=
mam dicti notarii minuere non possint,
et si minuerent, et dicto communi, fi=
nito dicto anno non reassignarent inte=
gram in quinquecentis libris denariorum
quislibet ipsorum incurrat, in quam per
potestatem dictae Terrae debeant conde=
mnari, et finito dicto anno alii tres no=
tarii simili modo eligantur

Cap. 77

De Salario Potestatis et ejus familiae Exigendo

Item statuimus quod salarium potes=
tatis

tatis dictæ Terræ qui pro tempore erit et suorum officialium et familiæ solvatur sibi per dictum commune, et exigatur hoc modo videlicet, quod Priores dictæ Terræ ponant tres assectatores dicti salarii, qui distribuant dictum salarium per catasta hominum dictæ Terræ ita quod quislibet habens catastum in dicta Terra tantum solvat, exceptis illis qui adcatastati forent in centis libris et non plus, qui teneantur solvere medietatem pecuniæ quam alii solvent

Cap: 78

De Elemosina Fratrum Sancti Francisci

Item statuimus quod ad honorem Dei et Sancti Francisci quod Cammerarius Communis Hispelli qui pro tempore fuerit teneatur et debeat quolibet anno dare in festo Sancti Francisci Guardiano in Ecclesia Sancti Andreæ de Hispello commoranti per se et aliis fratribus in dicta Ecclesia residentibus recipienti trigintas libras denariorum sine aliqua alia apodissa, aut deliberatione quod si non fecerit in decem libris denariorum per potestatem condemnetur

Cap: 79

De quadam Viola fienda

Item statuimus quod fiat quadam viola sive semita per montem Communis Hispelli, et vallem petramgolæ, et collem medium a Cerquis grossis usque ad viam qua itur supra Ecclesiam Sancti Niccolai pro possessione heredum Colæ Morichilli, et Monasterio Vallisgloriæ, et Heredes Cagni Andrutij per adjacentes, ita quod ipsi adjacentes, et alii qui vellent tenere, et contribuere ad expensas occurrendas pro dicta viola fienda possint libere ire et redire cum bestiis vel sine, et si illi quorum dicta via possessiones tangeret nollent concedere ut dicta

ta viola fieret, notarius damnorum dato=
rum costringat, et costringere debeat dic=
tos tales dictas possessiones habentes ad
vendendum dictis adjacentibus pro pretio
quo declarabunt duo boni homines po=
nendos per dictum notarium. Et dictus
notarius teneatur et debeat infra unum
mensem post publicationem praesentis Sta=
tuti dictam violam facere fieri ad re=
quisitionem petentium expensis adjacen=
tium et aliorum qui ad dictam vio=
lam faciendam ad expensa et alia one=
ra prout tangeret tenere voluerint ad
poenam vigintarum quinque librarum de=
nariorum

Cap: 60

De Orrantiis Fiendis

Item statuimus quod si quis fecerit Or=
rantiam ante contractum matrimonium
suae futurae Sponsae de aliqua quantita=
te pecuniae, tam per instrumentum quam
sine, et uxor decesserit, superstite suo
viro sine filiis legitimis, et ex eis na=
tis, quod vir sive maritus ejus habeat
et habere debeat tantum de bonis suae
uxoris, quantum sibi donaverit in or=
rantiam. Et volumus quod si dictus ma=
ritus suus decesserit superstite dicta u=
xore sine filiis legitimis et ex eis na=
tis, dicta sua uxor habeat de bonis
sui mariti orrantiam quam sibi fecerit
ante contractum matrimonium, et hoc
locum habeat in praeteritis praesentibus
et futuris. Statuentes quod vir maritus
alicujus mulieris succedat pro tertia par=
te dotis in bonis suae uxoris si decesserit
ab intestato, superstite sibi dicto suo viro
marito sine filiis legitimis natis ex eis

Cap: 61

De Fonte Maltempi

Item statuimus quod fons Maltempi
posita in districtu Hispelli aptetur et
muretur ad renam et calcem, et bene

remun=

remundetur, et manuteneatur per adjacentes eorum expensis. Cui operi fienda in superstites ponimus Petrum Mattioli, et Pucciarellum Joannis Crisci, qui teneantur et debeant dictum fontem actare et reparare infra duos menses ad venam et calcem post publicationem praesentis Statuti, et expendere expensas dictarum adjacentium vigintarum quinque librarum denariorum ad plus, et teneatur Notarius damnorum datorum dictos superstites costringere ad dictum opus faciendum infra dictum terminum et eis dare auxilium consilium et favorem ad poenam decem librarum denariorum.

Cap. 52
De Platea Sancti Andrea

Item statuimus quod nullus de Hispello faciat aliquam brutturam vel turpitudinem, vel projeciat gittatitium lapides sive letamen, nec possit inuglicare linum nec canipam aut expandere in plateis Ecclesiarum Sancti Andreae, et Sanctae Mariae ad poenam decem librarum denariorum, pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice qua expanderetur in dictis plateis, aut aliqua ipsarum, et nulla mulier possit nec debeat intrare in portam domorum dictae Ecclesiae aliqua de causa ad poenam vigintarum librarum denariorum pro qualibet et vice qualibet. Et notarius damnorum datorum quolibet mense semel ad minus de praedictis inquirere debeat et contrafacientes condemnare in dicta poena.

Cap. 53
De Elemosina fienda honore Sancti Antonij

Item statuimus ad honorem Dei, et Beati Antonii, quod Cammerarius Communis

munis teneatur, et debeat quolibet anno de mense Augusti expensis dicti Communis emere duos porcos, quos assignet et tradat factori Ordinis Beati Antonij qui erit in Hispello pro tempore. Volumus autem quod quicumque de Hispello signaverit porcum suum proprium, signo quo soliti sunt signari porci Sancti Antonij incidendo dictis suis porcis auriculas, vel imponendo campanellas ad collum, aut alio signo in pœnam decem librarum denariorum incurrant in qua per potestatem dicta terre debeant condemnare.

Cap: 64

De pignoribus datis ad Tabernam

Item statuimus quod quicumque subpignoraverit alicui Tabernario aliquod pignus ad Tabernam, et non recolligerit infra mensem postquam subpignoraverit sibi, quod dictum pignus sit dicti Tabernarij, et dictus subpignorans non possit petere a dicto Tabernario dictum pignus, et si peteret supra petitionem prædictam non audiatur, sed sit dicti Tabernarij absque aliqua citatione fienda

Cap: 65

De Possessionibus non accatastatis

Item statuimus quod quicumque haberet aliquam possessionem non accatastatam in Catastu Hispelli, in districtu Communis Hispelli infra unum mensem post publicationem præsentis Statuti computandum debeant sibi facere accatastari, et solvere dativas impositas temporibus retroactis, et si non fecerit potestas condemnet eum in centis libris denariorum. Et potestas qui pro tempore fuerit teneatur quolibet mense facere banniri, quod quicumque haberet aliquam possessionem in districtu Hispelli non accatastatam debeat sibi facere accatastari infra octo dies, a die facti bannimenti; quod si non fecerit, Potestas

con=

condemnet eum in centis libris denariorum, exceptis possessionibus monasteriorum et Ecclesiarum, et de predictis quilibet possit esse accusator et habeat medietatem Banni.

Cap. 46

De conductu fontis Canalis actando

Item statuimus quod Priores qui pro tempore erunt infra duos menses a die publicationis presentis Statuti teneantur et debeant facere actari conductum fontis canalis, circum meglies, sive in loco ubi dicitur le moglie, ita et taliter quod aqua dicti conductus nullactenus impediatur quando libere veniet ad terram Hispelli, et predicta fieri per medietatem expensis communis, et pro alia medietate solvenda requirantur Sindaci monasterij Vallisglorie, Sancte Clare, Rubei, Amadei, et Vallis ingegni de Hispello. Qui Sindaci solvant dictam medietatem hoc modo videlicet, quod Sindicus Monasterii Vallisglorie solvat medietatem dicte medietatis, et Sindaci aliorum monasteriorum solvant aliam medietatem dicte medietatis pro rata, et si facere recusaverint, aqua quam habere debent de dicto conducto reacciplatur de dicto conducto per commune prefatum. Et potestas qui pro tempore fuerit teneatur in predictis dare dictis prioribus auxilium consilium et favorem. Et si dicti Potestas et Priores fuerint negligentes in predictis, potestas in quinquaginta libris denariorum, et quilibet Prior in decem libris denariorum condemnentur de eorum salario

Cap. 47

De non habitantibus insimul

Item statuimus quod quicumque de Hispello et eius districtu cessaverit stare in una et eadem domo, ad unum panem et vinum cum fratre carnali seu sorore carnali et cum

cum aliquo consanguineo sive conjuncto per tempus decem annorum, non possit petere nec habere aliquam partem bonorum dicti fratris, sororis, seu alterius consanguinei, et dictus frater soror vel alius consanguineus in bonis ipsius petere vel habere aliquam partem, nec unus alteri et alter alteri in bonis possessis per eos aliquam inferre molestiam aut gravamen.

Cap. 88

Quod Catastum Communis non minuatur

Item statuimus, quod nullus de Hispello possit alicui suae filiae, sorori, nepoti aut alicui eorum consanguineae vel alteri personae que ingrederentur monasterium dare in dotem, aut alio quocumque modo, vel dari facere terram, vineam, silvam aut aliquam aliam possessionem ad pœnam quinquagintarum librarum denariorum.

Cap. 89

De non vendendo Religiosis

Item statuimus quod quicumque venderet aliquam possessionem alicui personæ regulari, seu Religiosae de suo catasto levari non possit, et notarius qui contra prædicta faceret, vel de catasto levaret vendentis, vendens, et notarius et uterque ipsorum contrafacientes in bicentis libris denariorum condemnentur.

Cap. 90

De Magistro grammaticali Habendo

Item statuimus quod Priores qui pro tempore erunt de mense Augusti et Septembris ita et taliter procurare et facere, quod in Hispello veniat quidam magister grammaticalis, qui doceat scolares, et scolam retineat in dicta terra et habeat, et habere debeat quolibet anno ad plus pro ejus salario libras quinquagintas denariorum

Cap.

Cap: 91
De Medico Habendo

Item statuimus quod Priores dictae Terrae qui pro tempore fuerint, et inquirant ita et taliter quod in Hispello sit quidam medicus bonus et sufficiens qui sit metaphisicus (diat), qui habeat de bonis et aere communis dicti triginta florenos aureos. Addicientes quod si magister Joannes magnifici Berardi de Hispello medicus vellet stare, et morare continue in dicta Terra Hispelli quod habeat, et habere debeat et possit de bonis et aere communis praedicti pro ejus salario quolibet anno quinquaginta florenos aureos

Cap: 92
De dictis mittendis in consilio

Item statuimus quod priores qui pro tempore erunt teneantur et debeant mittere ad partitum quodlibet dictum cujuslibet consiliarii qui arrengaverit in consilio, quod sit in primo die dominico cujuslibet mensis, et id quod obtentum fuerit in dicto consilio de quolibet partito exequi ad poenam decem librarum denariorum pro quolibet ipsorum priorum

Cap: 93
De Piscibus vendendis

Item statuimus quod quilibet qui venderet pisces in Terra Hispelli teneatur et debeat vendere in platea communis, quae platea intelligatur a scalis palatii communis ad angulum domorum habitationis priorum dictae terrae et a dicto angulo ad Ecclesiam sancti Ruffini, et non alibi, et qui contrafecerit solvat nomine banni decem libras denariorum, et hoc intelligatur de piscibus recentibus. Et potestas teneatur quolibet die qua carnes non commeduntur

tur facere venire ad dictam terram ad vendum unam salmam piscium ad dictam poenam

Cap: 94

Quod teneatur dominus pro famulo

Item statuimus quod si quis nobilis de Hispello teneret aut habitaret aliquem famulum, et ipse famulus aliquod committeret maleficium vel delictum, quod ipse nobilis teneatur solvere poenam quam teneretur solvere talis famulus delinquens. Et potestas et alii officiales communis praedicti teneantur, et debeant ipsum nobilem pro dicto suo famulo cogere, et constringere ad solvendum, et intelligatur esse nobilis ille qui fuerit declaratus esse nobilem per Priores dictae Terrae

Cap: 95

Quod exbanniti Ecclesiae sint etiam exbanniti Communis

Item statuimus quod omnes et singuli Hispellani exbanniti et rebelles Ecclesiae Romanae Sanctae sint et habeantur pro exbannitis, et rebellibus dicti Communis, et quod nulla persona de Hispello aut ejus districtu audeat vel praesumat cum eis aut aliquo ipsorum conversari, vel dare auxilium consilium et favorem ad poenam quinquaginta librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice

Cap: 96

Quod laboratores teneantur solvere dativam

Item statuimus quod quicumque laboraverit aliquam possessionem, quae sit accatastata in catasto Communis Hispelli teneatur et debeat solvere omnes dativas quae imponerentur per Commune et officiales dictae terrae pro toto catasto in quo esset accatastata dicta

possessio

possessio, et facere omnes factiones quos fa=
cere teneretur ille cujus dicta possessio acca=
tastata esset.

Cap: 97

De Rechesta Officialium

Item statuimus quod Priores dicte Terre
teneantur quolibet mense duobus vicibus
facere requisitionem et rechestam de omni
bus officialibus dicti Communis, et familia
ribus, et equis, quos tenentur tenere, et pro
quolibet officiali non invento teneatur potes
tas solvere decem libras denariorum de suo
salario pro qualibet vice qua inventus non
fuerit, et pro quolibet famulo, et pro quo=
libet equo non invento solvat ille talis of=
ficialis qui eos tenere deberet centum li=
bras denariorum pro qualibet vice

Cap: 98

De Solutione Olei amari

Item statuimus quod quilibet de Hispel
lo possit facere molendinum ad macinan=
dum olivas, et non teneatur solvere ali=
quid Communi. Et quicumque voluerit ex
trahere oleum amarum de Hispello, et dis=
trictu solvat pro quolibet Calderello Camme
rario Communis duas libras denariorum, et
qui contrafecerit solvat Cammerario Commu=
nis pro qualibet vice decem libras denariorum
si pro dicto oleo alias non solverit dicto
Communi

Cap: 99

De Possessionibus revidendis

Item statuimus quod Priores qui erunt,
post publicationem presentis Statuti, proxi=
miores teneantur et debeant videri, et re
videri facere possessiones districtus Hispelli
videlicet a Castro Collepini supra si posite
sunt in Catasto communis Hispelli pro illis
extimis, et vocabulis quibus posite fuerint
olim in catasto et extimo veteribus. Et
si dicte possessiones aut aliqua ipsarum
non fuerint vel non essent posite per il=
lis extimis, et vocabulis quibus olim po

site

sitae fuerint in catasto veteri, et mensu ra ponantur et reducantur ad illas extimas, et vocabula prout olim fuerint in dicto catasto veteri. Et Priores praedicti possint et valeant ponere homines qui eis placuerint pro expeditione praedictarum prout de eorum processerit voluntate. et si dicti Priores fuerint negligentes in praedictis poena decem librarum denariorum pro quolibet incurrant in quam per potestatem dictae terrae debeant condemnari.

Cap: 100

De Possessionibus quae laborantur qualiter debeant accatastari

Item statuimus quod quicumque habet aliquam possessionem accatastatam in catasto Communis Hispelli per soda, et laborentur, et coltiventur, debeat dictus talis habens dictam possessionem infra quatuor menses post publicationem praesentis statuti assignare notariis catastorum dictae Terrae et facere sibi poni et accatastari per laborativa pro illa extima qua extimatae sunt possessiones laborativae positae in vocabulo, ubi posita est dicta possessio pro rata prout capit, et qui non fecerit ut dictum est solvat pro quolibet, et qualibet petia quinquaginta libras denariorum

Cap: 101

De Spiraculo Fratrum actando

Item statuimus quod Fratres Sancti Francisci commorantes in Ecclesia Sancti Andreae de Hispello requirantur per Priores dictae Terrae quoties eis placeat facere fieri eorum expensis in spiraglio conductus communis unde aqua derivatur ad dictum locum unum hostium clausum cum clavi et serratura, et etiam murare facere cum renam et calcem, et mittere in dicto spiraglio unam cannellam grossitudinis unius pennae anseris per quam cannellam aqua exeat quae derivatur ad dictum locum

cum, ita et taliter quod de dicto spiraglio aqua exire non possit nisi per dictam cannellam, nec in dictum spiraglium intrari nisi per dictum hostium, et dictam clavim dare et assignare Cammerario dicti Communis. Quod si facere recusaverint dicti Priores teneantur et debeant dictum spiraglium recludi facere, et murari ad renam et calcem ita et taliter, quod aqua de ipso aliquatenus nequeat exire

Cap: 102

Quod quislibet de montaneis teneatur facere custodiam

Item statuimus quod omnes homines de montaneis Hispelli teneantur, et debeant facere custodiam in Terra Hispelli diurnam et nocturnam prout, et sicut faciunt homines Terrae Hispelli

Cap: 103

De mulieribus portantibus pannum Fulgineum

Item statuimus quod nulla mulier de Hispello vel habitans in Hispello possit nec debeat portare pannum canapae Fulgineum ad vendendum nec ire cum aliquo qui portaret pannum ipsius mulieris sub poena centarum librarum denariorum.

Cap: 104

De Aleutio Judeo et ejus familia

Item statuimus quo Aleutius Dactulini judeus habitator Hispelli medicus vulnerarius possit, et debeat, et valeat ipse cum tota sua familia habitare et morari in Hispello, et gravari non possit ipse nec aliquis de sua familia ad mutuandum communi predicto aliquam pecuniarum quantitatem, nec aliquibus factionibus personalibus, vel realibus, et haberi volumus et tractari ipse et alii de sua familia ut alii Hispellani, non obstante quod non sit accatastatus in libro appretii communis Hispelli

Cap:

Cap: 105

De Aqua Furcini dirigenda

Item statuimus quod de mense Augusti, et Septembris proxime venturorum Priores dictæ terræ qui erunt pro dicto tempore teneantur et debeant facere fieri quoddam fossatum per quod dirigatur aqua furcini districtus Hispelli per curtius et minus damnosum expensis adjacentium. Et illi qui de dicto opere fiendo reciperent melioramentum sive utile contribuant illi aut illis qui damnum recipiant vel reciperent de dicto opere fiendo, quæ contributio fiat secundum declarationem fiendam per superstites ponendos per dictos Priores. Qui Superstites teneantur et debeant fieri facere dictum opus, itaquod dicta aqua tendeat, et labatur subtus primum pontem Stradæ qua itur Fulgineum, et si dicti Priores fuerint negligentes in prædictis solvant Communi prædicto decem libras denariorum in quibus per potestatem dictæ terræ debeant condemnari

Cap: 106

De quadam forma mittenda

Item statuimus quod de mense Augusti et Septembris proxime venturorum fiat per potestatem dictæ terræ unus superstes, qui teneatur et debeat facere mitti quolibet anno de dictis mensibus, et cavari et remundari formam quæ de novo missa est, et remundata est a via Buldoni, usque in formam, qua vadit iter territoria Communis Hispelli, et Communis Cannarij per adjacentes ipsius formæ itaquod aqua fluens per dictam formam suum cursum habeat, et illos dicimus fore adjacentes ipsi formæ, qui per ipsum superstitem fuerint declarati, qui superstites habeant salarium a dictis adjacentibus pro ipsius labore, si dictum opus fieri et perfici fecerit, quod declarabitur per priores dictæ terræ quolibet anno

Finis Quarti Libri

Laus Deo

Index

Index
Libri Quarti
De Extraordinariis

Cap.	1	De modo imponendi dativas	Pag. 153
"	2	De indemnitate Hispellanorum	" 157
"	3	De Platea et Mattonatu	" 158
"	4	De Leprosis expellendis	" 160
"	5	De Notariis de Hispello	" 162
"	6	De executione Condemnationum	" 166
"	7	De Turribus conservandis	" 166
"	8	Quod ubi homo habitat ibi appretietur	" 168
"	9	De Via qua itur circumcirca Hispellum	" 168
"	10	De semita Aquae tortae	" 170
"	11	De arboribus impedimentum praestantibus	" 171
"	12	De colle Sancti joannis	" 171
"	13	De novis habitationibus	" 172
"	14	De Balanciis et mensuris	" 173
"	15	De Elemosinis fiendis	" 176
"	16	De Formis et viis pro terreno communis conservandis	" 176
"	17	De Lignis Aedifitiorum	" 180
"	18	Ut murentur Portae Hostia et fenestrae	" 180
"	19	De Turri Quatrani	" 181
"	20	De muro Pivigiunti	" 184
"	21	De Monasteriis et Ecclesiis	" 185
"	22	De Sanitatibus	" 186
"	23	Pro illis de Fraternita	" 187
"	24	De Castro bono	" 187
"	25	De Carbonariis novis et antiquis	" 188
"	26	De Piscariis	" 189
"	27	De Armario communis	" 190
"	28	De Condemnationibus fiendis	" 191
"	29	Contra Causantes cum Communi	" 191
"	30	De Hospitatoribus	" 192
"	31	De Fidejuxoribus	" 193
"	32	De Turri et lavatorio Hospitali Sancti Jacobi	" 193
"	33	De muris communibus	" 195
"	34	De armis habendis in montaneis	" 196

Cap.

Cap.	35	De Villa Novoli	Pag. 197
"	36	De Hospitali Communis	" 198
"	37	Contra Cavatores lapiduum	" 199
"	38	De Pedagio Communis	" 199
"	39	De Sciaggueteriis	" 200
"	40	De quaestionibus terminandis	" 201
"	41	De Tresanna Pusterulae	" 201
"	42	De quibusdam viis manutenendis	" 201
"	43	De Faculis fiendis	" 202
"	44	De domibus non destruendis	" 203
"	45	Ut potestas non gravet aliquem contra statuta	" 204
"	46	Ut nullus det stenam	" 204
"	47	De strada Sancti Petri	" 205
"	48	De Via Sancti Pauli	" 206
"	49	De Fonte Rotuli	" 206
"	50	Ut res locatae conserventur	" 206
"	51	De aquis habendis	" 207
"	52	Ut nullus ucellet ad columbos	" 208
"	53	De Stradis factis et fiendis	" 209
"	54	Ut murus novus manuteneatur	" 211
"	55	De possessionibus Communis locandis	" 213
"	56	De corruptu non fiendo	" 214
"	57	De pecunia mutuanda per Serraddeum	" 215
"	58	De Euntibus per colonnam veterem	" 216
"	59	Si quis voluerit viam aptare	" 216
"	60	De Versini Via	" 217
"	61	Ut nullus pascat bestiam forensem	" 217
"	62	De domibus communis	" 218
"	63	Quod Officiales possint cognoscere	" 218
"	64	Contra malitiosos venditores	" 219
"	65	De injuria non dicenda nec facienda statutariis	" 219
"	66	Quod Collectores datiarum faciant apodissam	" 219
"	67	De quodam muro faciendo	" 220
"	68	Quod Calzolarii non possint esse bayuli neque Gualdarii	" 220
"	69	Quod burgum Viae cupae claudatur	" 221
"	70	Contra Macellarios	" 221

Cap.

Cap. 71 Quod mulier dotata non possit succedere Pag. 225
" 72 De Ripa fossati aptanda " 225
" 73 De Pallillo Barberio " 226
" 74 De executione dativarum " 226
" 75 De Monasterio Sanctæ Mariæ de Paradiso " 227
" 76 De additionibus, et diminutionibus catasti " 228
" 77 De Salario potestatis, et ejus familiæ exigendo " 228
" 78 De Elemosina Fratruum Sancti Francisci " 229
" 79 De quadam Viola fienda " 229
" 80 De Orrantiis fiendis " 230
" 81 De Fonte Maltempi " 230
" 82 De Platea Sancti Andreæ " 231
" 83 De elemosina fienda honore Sancti Antonii " 231
" 84 De pignoribus datis ad tabernam " 232
" 85 De Possessionibus non accatastatis " 232
" 86 De conductu fontis canalis aptando " 233
" 87 De non habitantibus insimul " 233
" 88 Quod catastum Communis non minuatur " 234
" 89 De non vendendo Religiosis " 234
" 90 De Magistro grammaticali habendo " 234
" 91 De Medico habendo " 235
" 92 De dictis mittendis in consilio " 235
" 93 De piscibus vendendis " 235
" 94 Quod teneatur dominus pro famulo " 236
" 95 Quod exbanniti Ecclesiæ sint etiam exbanniti Communis " 236
" 96 Quod laboratores teneantur solvere dativam " 236
" 97 De Rechesta Officialium " 237
" 98 De solutione olei amari " 237
" 99 De possessionibus revidendis " 237
" 100 De possessionibus quæ laborantur qualiter debeant accatastari " 238
" 101 De spinaculo Fratruum aptando " 238

Cap.

Cap: 102	Quod quislibet de montaneis teneatur facere custodiam	Pag 239
" 103	De Mulieribus portantibus pannum Fulgineum	" 239
" 104	De Aleutio judeo, et ejus familia	" 239
" 105	De aqua Turcini dirigenda	" 240
" 106	De quidam forma mittenda	" 240
" "	Index libri quarti	" 241

Incipit

Incipit
Liber Quintus
De Damnis datis

Cap. 1
De Electione et Officio Notarij damnorum datorum Terrae Hispelli et ejus districtus

Item statuimus, et ordinamus quod in principio mensis Maji proxime venturi fiat consilium ordinis prioratus dictae Terrae Hispelli in quo proponatur de electione Notarij damnorum datorum dictae terrae per sex menses proxime venturos, sumpturos initium die vigesimanona mensis Maji proxime venturi, et quidquid per dictum consilium extiterit deliberatum super praedictis valeat et teneat auctoritate praesentis statuti. Cujus officium dicimus esse tale, videlicet: quod dictus Notarius debeat scribere et superesse maleficiis, et offensionibus damnorum datorum, et guastatorum rerum, et super latrociniis fructuum, et cognoscere, et inquirere, et inquisitiones recipere, et per inquisitionem procedere super ipsis, et accusas et scripturas scribere et examinare, et juramenta partium, et satisdationes recipere. Et possit dictus notarius per inquisitionem procedere ex suo Officio et per accusationem et denunptiationem super damnis datis, et latrociniis fructuum, et quocumque modo esset sibi commissum per praesens Statutum usque ad sententiam. Et postea teneatur idem notarius, et debeat ipsos processus ostendere judici Communis Hispelli, et dictus judex teneatur sine aliquo salario ipsos processus judicare, et examinare, et condemnandos condemnare, et absolvendos absolvere, quas condemnationes, et absolutiones teneatur scribere notarius antedictus, et eas dare notario executionum, quibus datis ipse notarius executionum teneatur ipsa executioni mandare

dare. Et si potestas, judex, et notarius fuerint negligentes in praedictis, potestas perdat de suo salario quinquagintas libras denariorum. Qui notarius teneatur jurare ad sancta Dei Evangelia suum officium facere bona fide, sine fraude. Teneatur etiam dictus notarius manutenere facere conductus fontis canalis in bono statu, et aquam ipsius conductus, et omnes fontes de Hispello. Et singulis diebus festivis in quibus non laboratur et prohibetur ex forma Statuti, inquirere contra laborantes, et contra eos procedere. Possit quoque procedere in damnis datis contra omnes personas, et quod per eum fiet, valeat et teneat, non obstante aliqua solemnitate juris ommissa in quacumque parte processus. Cujus officium duret sex menses tantum et non plus, quibus finitis, modo et forma praedictis alius eligatur, et sic de sex mensibus in sex menses ad electionem dicti notarii procedatur. Qui notarius toto dicto tempore teneatur, et debeat habere, et retinere unam Balistam fornitam, valoris ad minus quadraginta rum librarum denariorum, et in fine sui Officij dare et assignare Cammerario dicti Communis recipienti pro dicto Communi, quam in denarium converti non possit. Teneatur etiam dictus Notarius venire Hispellum una die ante principium sui Officij, quo finito stare ad sindacandum, et ad reddendam rationem administrationis sui Officij tam spetialibus personis, quam Communi, tribus diebus continuis. Qui notarius habeat et habere debeat de bonis dicti communis Hispelli pro dicto tempore sex mensium pro ejus salario vigintesquatuor florenos aureos, et hospitium a Communi praefato, expensis Communis. Quod Salarium habeat dictus notarius, et ei solvatur per Commune praedictum pro rata temporis sui Officij. Possit quoque dictus notarius imponere poenam, et bannum ut ei obediatur usque in quan-

titatem quadraginta rum librarum denariorum, et de praedictis credatur scripturae ipsius notarij sine aliqua probatione, quam paenam potestas, judex, et alii officiales ipsius potestatis teneantur a contrafacientibus exigere pro communi. Volumus enim quod dictus Notarius non possit ducere aliquam personam de Hispello, quam invenerit in bonis, et locis alicujus, vel aliter damnum dare, et dedisse, aut aliquid de bonis alterius portare, aut aliquid facere a Carbonariis Hispelli intus; si voluerit eidem pro communi recipienti dare fidejussionem de portando se coram eo, et parere mandatis ejus, et eamdem personam idem notarius debeat interrogare si vult satisdare, quod si facere noluerit eam possit ducere quo voluerit, et si contrafecerit pro qualibet persona, et qualibet vice perdat de suo salario decem libras denariorum. Ipse enim notarius faciat exgomborare, et manutenere vias publicas intus et extra Hispellum, et occupatas reducere in pristinum statum. Et si dictus notarius fraudem commiserit vel negligens fuerit in suo Officio solvat pro qualibet vice decem libras denariorum, quas potestas qui erit pro tempore ante exitum dicti notarij auferri teneatur facere. Et si contingerit dictum notarium, dictum officium renumptiare, alius eligatur per consilium populi dictae terrae, ad quod officium non possit esse aliquis, qui fuerit officialis, notarius et familiaris potestatis terrae Hispelli, nec eligi possit, nec etiam ipse notarius esse possit, aut stare cum potestate nec in domo aut in palatio ad habitandum cum eo. Quae volumus firmiter observari vinculo juramenti, et requirere Priores dictae terrae, et eis praestationem facere infra quindecim dies post Kalendas Novembris, et infra quartam diem post Kalendas Januarii proxime futurorum ut contenta in sequenti proximo capitulo de conductu fontis canalis debeat

bat observare, et executioni mandare, et requirere potestatem post dictam requisitionem ut dictis Prioribus mandetur, quod omnia in dicto capitulo contenta observent. Et si dicti Priores contenta in dicto capitulo ad eos spectantia non fecerint condemnentur in pena in dicto capitulo contenta

Cap: 2

De conductu Fontis canalis

Item statuimus quod notarius damnorum datorum Communis Hispelli qui pro tempore fuerit, et priores dicte terre conservare, et conservari facere teneantur in bono statu conductus, et aqua fontis canalis, ita quod copia aque defectu ipsius conductus, vel aliter in aliqua parte ipsius non ledatur. Et nihilominus manutenere faciant in bono statu tam formam inferiorem unde aqua fluit ad molendina communis. Et nulla persona prestet ipsi forme aliquod impedimentum nec aliquo modo de ipsa aqua extorqueat, et qui contrafecerit, predictus notarius vice qualibet puniat in decem libris denariorum, et quilibet possit esse accusator, et habeat medietatem banni. Et ad faciendum omne opus necessarium ipsi conductui, et forme, et ad custodiendum dictum conductum, et dictam formam eligatur unus superstes dicte terre per Priores ejusdem terre, qui habeat et habere debeat pro suo salario qualibet vice qua iverit ad videndum, et actandum dictum conductum sine aliquo opere faciendo quatuor libras denariorum, et si ibi aliquod opus fecerit habeat sex libras denariorum a Cammerario dicti Communis Hispelli de bonis et avere dicti communis. Quas denarios idem Cammerarius eidem absque aliqua alia licentia vel apodissa dare et solvere teneatur, et de dictis predictis, et solutione stetur et credatur simplici verbo dicti Cammerarii sine aliqua probatione. Dummodo dictus Cammerarius in principio juret semper dicere

verita=

veritatem, et si negligens fuerit in prae=
dictis solvat nomine banni decem libras
denariorum. Qui superstes habeat jurisdi=
ctionem, arbitrium, et potestatem super
praedictis ut ei obediatur per priores dictae
terrae concedendae, et ordinandae; et ex parte
inferioris dicti conductus ubi in aliquo esset
devastatus, vel maculatus, aut apprehensus, pos=
sessor et tenens juxta ipsum ubi devastatum
esset infra unum mensem post introitum dicti
notarij omnibus suis expensis reactare teneatur
ita quod aqua de ipso conductu non exeat
et ipsius possessio non intret. Et si contrafe=
cerit in praedictis puniatur in viginti libris
denariorum, et nihilominus praedicta facere
teneatur. Et dictus notarius teneatur quoli=
bet mense dictum conductum totum usque ad
fontem canalem videre, et circare, et inquisi=
tionem facere de praedictis, et si invenerit a=
liquem delinquentem ipsum debeat punire. Et
dicta forma inferiori debeat remundari per
adjacentes, qui tenentur juxta ipsam formam
quae est juxta stradam Sancti Marci, us=
que ad aream Angelutij Petrutij cavare et
murare ad renam et calcem, et expensis ad=
jacentium; et Commune det calcem necessa=
riam ipsi operi. Et illos dicimus adjacentes
esse qui eligentur per dictum superstitem.
Et si dictus superstes in aliquo fuerit ne=
gligens solvat nomine banni viginti libras
denariorum. Et volumus quod quicumque
habitat a Porta Pusterula usque ad por=
tam clausam per totum Hispellum prope
conductum aquae per unam perticam ad minus
ut per gulam vel aliam arborem de qua ra=
dices teneant in conductu, et praestent impedi=
mentum aquae ipsius conductis quod hinc ad
Kalendas Novembris debeant removere, et si
non fecerint in poena centarum librarum
incurrant, et nihilominus removere teneantur
Et dictus notarius de praedictis inquisitio=
nem facere teneatur, et repertos culpabiles
condemnare, factis primo bannimentis de prae=
dictis

dictis per loca consueta dictae terrae. Et dictus superstes teneatur videre, et cernere dictum conductum et formam bis in mense ex parte extrinseca a fonte canalis, usque ad planellum, et ex parte intrinseca ad minus semel in anno ipsum conductum totum circare et requirere a fonte planelli usque ad portam clausam teneatur, et ubi esset in dicto conductu aliqua lesio, teneatur facere aptare et exgomborare, et altiare, et pontes compon(er)e ita quod turpitudo aliqua incurrere non possit. Et dictus notarius in principio sui officij infra quindecim dies post introitum suum facere teneatur et debeat rimare dictum conductum a pescaria planelli usque ad portam clausam, ne aqua de ipso conductu extorqueatur nec extorqueri possit. Et si invenerit ipsum conductum esse ruptum vel devastatatum, vel aqua ipsius extorqueatur, aut extorqueri possit faciat ibi reactari, et removeri sine mora, ita quod, aqua dicti conductus extorqueri non possit, salvo unde currit ad fontem rotuli, et ad alios fontes dicti Communis. Et nemo praesumat aquam de dicto conductu extorquere aut derivare ad poenam centum librarum denariorum pro qualibet vice, et quolibet contrafaciente. Et nulla persona praesumat lavare pannos vel turpitudinem aliquam facere in aliquo fonte ipsius conductus, aut aliquo fonte Communis praedicti et qui contrafecerit, vel quocumque in viginti libris denariorum puniatur, et quilibet possit esse accusator et habeat medietatem banni. Et nihilominus dictus notarius teneatur procedere, et inquirere de praedictis ex suo officio, et delinquentes punire et condemnare, et condemnationes exigere pro communi. Et dicimus quod fiant spiracula per totam terram ex una parte conductus, et per ipsa spiracula eatur ad conductum, et spiracula omnia quae supra terram sunt, sub dictum conductum claudantur ita quod homines, nec ipse conductus non recipiant detrimentum seu

lesionem

lesionem. Et non sit aliquis qui debeat habere fontem in domo exceptis Ecclesiis pena centum librarum denariorum. Addicientes quod Priores dictae Terrae, et Notarius antedictus dent curam et sollecitudinem ipsi conductui, quod aqua ipsius, quae venit ad fontes non turbetur, et de praedictis quoque modo, et qualiter fiat et quando habeatur consilium magistrorum lapiduum, et praedictum conductum ubicumque ruptum vel devastatum reaptare faciant et specialiter in contrada Magliarum sive lamae, hoc modo: quod per homines de montaneis, et castri Colopini ubi fuerit necesse caveter fundamentum, alia vero fiant ut in Statuto loquente de Magliis continetur

Cap. 3

De Viis publicis et vicinalibus

Item statuimus quod Notarius damnorum datorum qui nunc est, et pro tempore fuerit in Hispello teneatur conservari facere omnes vias tam publicas quam vicinales, tam intus quam extra Hispellum sine aliquo impedimento, et removeri faciat de ipsis ligna, foveas et alia ipsis viis impedimentum praestantia. Et quicumque fuerit conquestus de aliqua via publica vel vicinali, quae fuerit apprehensa, et probatum fuerit per duos testes, incontinenti apprehensor eam dimittere debeat, et ipse notarius a tali apprehensori accipiat decem libras denariorum nomine banni; cujus banni tertia pars sit communis, et duae accusatoris. Et quicumque non posset propter Carbonarias, et alia impedimenta ire ad terram suam sive possessionem, vadat ad terram suam cum minori damno, et sine malitia, et per plus curtius iter ad viam publicam versus Hispellum. Et quicumque impedierit iter fossato aut arboribus, aut alio impedimento, dictus notarius faciat incontinenti elevare et sgomberare, ut possit quis ire ad suam possessionem sine aliquo impedimento, et possit removere quod

faciant

+ impedimentum

faceret: Et si quis damnum dederit in eun=
do et redeundo tempore condecenti, et oppor
tuno ad poenam aliquam non teneatur. Et
semper quando homines vadunt per dicta
loca quando bestiae possent dare damnum
cum ore, habeant reticillum in ore ad hoc
ut damnum dare non possint, et qui contra
fecerit, solvat ille cujus bestiae fuerint decem
libras denariorum pro qualibet bestia, cujus
banni tertia pars sit communis, et duae accu
satoris. Salvo semper et reservato quod qui=
cumque habet primus iter ad suam possessio
nem, inde vadat, et non aliunde nisi forte
teneret juxta confines Fulginei, Cannarij, As=
sisij et Mevaniae, et juxta Hispellum pos
sit per terras Hispellanorum ad scandala
evitanda. Et dicimus quod a quacumque
parte viae, aliqua via ab utraque parte ip
sius viae in stradam vel viam publicam, seu
viarum caput fecerit, quod dicta via ap=
prehendi non possit in aliqua parte sui, et si
esset apprehensa vel occupata talis via, per
apprehensorem penitus relaxetur, ita quod re=
maneat libera expedita, et in pristinum
statum reducta infra octo dies postquam
fuerit eidem numptiatum, et nihilominus
solvat nomine banni centum libras denari=
orum, et possit dictus notarius supra dic
tis inquirere, et delinquentes punire; et
per dictam talem viam quislibet possit ire
non obstante si fuerit publica vel vicinalis, nec
alio statuto seu capitulo in contrarium lo
quente. Et teneatur dictus notarius ad pe=
titionem adjacentium viarum vicinalium
et publicarum, seu quatuor ipsorum adja
centium ponere superstites ad actandam dic
tam viam, vel vias, et in bono statu con
servare ut placuerit adjacentibus loci. Et
ipse notarius poenam quam imposuerit a de
linquentibus, et non obedientibus exigere
pro communi teneatur, et dicti superstites
nullum habeant salarium. Et quicumque
voluerit aedificare in terra Hispelli a lar

boraniis

bonariis intus juxta viam publicam, vel vicinalem, antequam fodiat fundamentum, vel faciat aliquam novitatem requirat vicinos communis ut vadant ad ipsam viam, et terminent, ut apprehendi ipsam non possit, et aliter non possit ædificare, et qui contrafecerit solvat nomine banni centas libra denariorum, et nihilominus removeat quod fecerit. Et dictus notarius semel ad minus tempore suo de predictis inquisitionem facere teneatur per homines fidedignos. Teneatur etiam dictus notarius vinculo juramenti et ad pœnam decem librarum denariorum ad petitionem cujuscumque conquerentis ire ad videndum quascumque vias, quæ essent in aliquo devastatæ, et tenentes juxta ipsam teneantur reaptare infra quindecim dies postquam eis, aut ei præceptum fuerit per eumdem notarium pœna decem librarum denariorum, et quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni, et teneatur secretus. Et ubicumque esset aliqua semita seu via vicinalis quæ non esset tam larga quam possit inde comode per semitam ire cum bestiis sine pœna et banno. Et si ipsa via seu semita esset in aliquo apprehensa, apprehensores teneantur relaxare, et reducere eam in pristinum statum sub pœna decem librarum denariorum, et super predictis debeat dictus notarius procedere ad petitionem cujusque petentis.

Cap. 4

Ut nullus projiciat gittabitium

Item statuimus quod nulla persona projiciat gittabitium in Castello ubi fuere Roccha, nec ibi habeat foveas cum letamine. Et notarius damnorum datorum teneatur vinculo juramenti quolibet mense et infra octo dies post publicationem presentis statuti publice accedere illuc ad inquirendum si quis portavet, sive portasset, sive ~~portasset~~ projecisset ibidem gittabitium, et de facto a contrafacientibus

MARCA DA BOLLO CENT. CINQUANTA
UFFICIO DEL REGISTRO FULIGNO

bus recipiat centas libras denariorum. Et si aliquid invenerit innovatum a tribus annis citra faciat removere tam hortos quam muros; et si aliquis id quod innovatum haberet non removeret tam hortos quam muros infra terminum sibi assignatum per dictum notarium solvat nomine banni vigintas quinque libras denariorum, non obstante si alicui locatum esset per sindicum communis Hispelli, quum velimus locationes inde factas non valere, sed prorsus nullius valoris existere, et quod in rem communis vel spetialis personae nemo turpitudinem faciat vel immunditiam projiciat, et qui contra fecerit poenam predictam solvere teneatur, et de predictis quislibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni, et teneatur secretus; et quod potestas faciat conservare in bono statu muros terrae Hispelli sive gironem et si quis devastaverit aliquid ex eis solvat centas libras denariorum, et id quod devastaverit in pristinum statum reducat.

Cap: 5
De damno dato in Prato et Silva

Item statuimus quod nullus det damnum in aliqua silva, vel stirpe alicujus ecclesiae vel spetialis personae in aliquo loco terrae Hispelli vel ejus territorio positis ad poenam vigintarum librarum denariorum; Et pro qualibet bestia asinina, vel bovina, vel capra, quae in ipsis damnum dederit, et pro qualibet vice dominus ipsarum teneatur solvere quinque libras denariorum. Pro qualibet vero pecude sex denarios, et semper damnum in quadruplum emendare teneatur. Et si quis dederit damnum in prato alicujus signato a Kalendis Aprilis usque ad Kalendas Septembris vel bannito cum bestia pascolando solvat decem libras denariorum pro qualibet bestia et qualibet vice. et si damnum dederit per

incappum

incapiunt quinque libras denariorum. Et si aliquis medierit in dicto prato solvat vigintes libras denariorum, et emendet damnum in quadruplum, et in omni latrocinio fructuum, et damno dato in quo vel pro quo infertur pena usque in decem libris denariorum, stetur et credatur sacramento accusatoris. Et in casibus supradictis ubi damnum debeat emendari in quadruplum, dictum quadruplum extimetur per duos homines, quos notarius antedictus ponat, et eligat, qui homines extiment eorum juramento corporali prestito et premisso, et habeant salarium a damnum dante, quod per ipsum notarium declarabitur. Ceterum volumus quod contra nullam personam possit procedi nisi per accusam de aliquo damno dato in aliqua possessione que non esset allibrata seu accatastata in catasto Communis Hispelli, et nisi probetur per duos testes, et accusator, et injuriam passus non habeant partem banni, et teneatur accusatus ad simplicem emendationem damni, et solvat medietatem banni, quod deberet solvere si in aliis possessionibus daret damnum; dummodo hoc locum non habeat in possessionibus monasteriorum, et Ecclesiarum; et si quis invenerit aliquam bestiam damnum dantem in sua possessione possit ipsam capere et ducere secum sine pena et banno, dummodo assignet eam Notario predicto infra secundam diem

Cap: 6

Ut nullus ducat Bestiam per Plateam

Item statuimus quod de die Mercurij nullus ducat bestiam per plateam a domo filiorum Andree Raynaldi usque ad domum que fuit olim Hispellani, et ab inde superius cum rena et calce, letamine sive cestis durante foro, et qui contrafecerit solvat nomine banni vigintas libras denariorum, et quilibet possit eum

accusa=

accusator, et habeat duas partes banni. Et nulla persona battat aliquod bladum in mattonato nec habeat letamen aut ligna nec ludat ad invitas, et qui contrafecerit in viginti libris denariorum puniatur, et quilibet possit esse accusator et habeat medietatem banni.

Cap: 7

Ut non mittatur canapa in carbonaria.

Item statuimus quod nullus mittat canapam in carbonariis Communis Hispelli aut linum, aut in aliquo fossato in strada nova qua itur Fulgineum, nec mittat in ipsis carbonariis coria alicujus animalis ad lavandum, vel ad mollandum, nec in ipsis projiciat carnes morticinas, vel portet aliquam partem ipsarum, et qui contrafecerit pro qualibet vice in quadraginta libris puniatur, et quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni. Nullus etiam mittat canapam ad macerandum juxta stradam qua itur versus Fulgineum per decem perticas prope ad poenam viginti et quinque librarum denariorum, et quilibet possit esse accusator, et habeat medietatem banni, et quilibet possit dictam canapam accipere sine poena et banno et exportare.

Cap: 8

De latrocinio fructuum

Item statuimus quod de omni latrocinio fructuum arborum vinearum croci hortorum canapae et olivarum, et aliorum quorumcumque fructuum facto de nocte solvantur decem librae denariorum, et emendetur damnum in quadruplum, et in omnibus maleficiis supradictis sufficiat probatio unius testis. Et si in dictis maleficiis vel damnis datis cum sacramento accusatoris, vel damnum passi, et si plures essent habeantur pro plena probatione, et si latrocinium fuerit factum de nocte, et malefactor poterit

rit apprehendi possit detineri donec unus testis venerit ad illum locum dicto cujus sit habenda fides plena, et pro plena probatione habeatur, et malefactor teneatur ad pœnam; et quicumque colligent quoscumque fructus solvat nomine banni decem libras denariorum si de die, de nocte vero vigintas libras denariorum. De tractis fructibus in aliquo capitulo introitus clausarum vel hortorum, vel vinearum tam de die, quam de nocte factus appareretur sufficiat probatio unius testis nominati, quorum bannorum tertia pars sit communis, et duæ damnum passi. Et quicumque aliquod prædictorum fecerit, et probatum fuerit testimonio vel sua confessione, notarius damnorum datorum antequam recedat de palatio a malefactore accipiat dictum bannum in quo incidit sine aliqua diminutione, et si aliquis invenerit aliquem committentem prædicta et non accusaverit ipsum, puniatur in vigintis libris denariorum. Ad dicentes quod tam potestas quam ejus officialis, et quam dictus notarius semel in qualibet ebdomada de mensibus Julii, Augusti, Septembris, et Octobris, et quolibet ipsorum ire teneatur de nocte rimando extra carbonarias contra delinquentes et latrocinantes fructuum, et si invenerint delinquentes ducere ad palatium et punire in pœnis prædictis et bannis, cujus banni medietas sit ipsorum, vel alterius eorum, qui prædictum malefactorem aut plures invenerit. Quicumque autem acceperit paleas alicui de die solvat vigintas libras denariorum, de nocte vero centas libras denariorum. Et in omnibus et singulis supradictis laboratores seu laborator possint perhibere testimonium, et valeat probatio unius testis ac si probatum esset per duos vel plures. Si quis autem acceperit granum de campo vel de meta de nocte, vel metierit post Kalendas Junii de campo alie-

no

no solvat nomine banni duodecim libras denariorum; si de die sex libras denariorum. Et hoc locum non habeat inter vicinum et vicinum qui habent terram contiguam cum suo vicino, si per errorem meteret, et de praedictis intendat dictus notarius

Cap. 9

De Capris non tenendis

Item statuimus quod nulla persona de Hispello, et ejus districtu audeat aut praesumat tenere capras a Saxo pusatorio inferius, in Hispello aut ejus districtu a dicto Saxo inferius prout trahit a dicto Saxo ad Majestatem Plemmutij, et tendit ad Sanctum Angelum de Gabbiano ab una parte, et ab alia parte a dicto Saxo prout trahit ad Serronem, sine licentia Notarij praedicti, sive Consilii populi, dummodo non possit dari licentia nisi de una capra tantum retinere, occasione lactandi aliquem puerum, vel puellam, vel occasione alicujus infirmi aut infirmitatis; dummodo ille cui conceditur dicta licentia, ante licentiam sibi concessam juret ad sancta Dei Evangelia ipsam capram supradictis de causis, aut alterius ipsarum velle retinere, et dictus talis cui dicta licentia concedetur teneatur dictam capram ducere ligatam, et ipsam tenere per capistrum, et qui contra praedicta aut aliquod praedictorum fecerit in quadragintis libris denariorum puniatur pro quolibet mense quo ipsam capram tenuerit sine licentia prius habita. Et idem notarius de praedictis teneatur inquisitionem facere generalem. Macellariis autem licitum sit retinere in Hispello et ejus districtu a Kalendis Augusti usque ad Kalendas Octobris subsequentis capras sine poena et banno, et sine sacramento praestito. Et si damnum darent dictae caprae vel aliqua ipsarum in bonis alicujus pro qualibet vice et qualibet capra decem solidos (libras) denariorum

rum solvere teneantur. Et quilibet Macellarius qui macellum faceret in Hispello possit et valeat per totum Hispellum tenere unam capram dummodo ducat semper ligatam, et si contrafecerit solvat qualibet vice poenam, si inventus fuerit non ducere ligatam decem libras denariorum; et licitum sit cuilibet interficere capram, pecudem, et etiam percutere si ipsas, aut aliquam ipsarum invenerit damnum dantem in bonis suis, et hoc locum habeat a saxo pusatorio inferius ut dictum est, et confinatum supra. A saxo autem pusatorio superius licitum sit cuilibet retinere capram unam vel plures prout sibi placuerit, dummodo si damnum dederit aliqua ipsarum in possessione alicujus solvat illud bannum quod solvere deberet si daret damnum a saxo pusatorio inferius, et de praedictis quilibet possit esse accusator et habeat duas partes banni

Cap. 10

Si Quis inciserit Arborem

Item statuimus, quod si quis inciserit arborem vel arbores fructiferas, aut aliam arborem a pede valentem a decem solidis supra solvat nomine banni centos solidos denariorum, et si valuerit a decem solidis infra usque in tres solidos solvat nomine banni vigintos solidos denariorum, quorum bannorum tertia pars sit communis et duae damnum passi; et emendet damnum in quadruplum, et de ipso damno stetur sacramento damnum passi

Cap. 11

De Damno dato cum Bestiis

Item statuimus quod si porcus, bos, asinus, scrofa alicujus intraverit vineam alicujus a Kalendis Novembris usque ad Kalendas Martii solvat ille cujus fuerit bestia quinque libras denariorum, et si intraverit a Kalendis Martii usque ad Kalendas Novembris solvat decem libras denariorum pro qualibet bestia, et qualibet vice et emendet damnum in quadruplum. Et si quis ruperit aut siccaverit sepem alicujus

cujus vineæ, aut capitea vineæ aut vineam extirpaverit solvat nomine banni quattuor libras denariorum, et si inciserit aut extirpaverit vites seu vitem vineæ solvat nomine banni pro qualibet vite vel pergula decem solidos denariorum, quorum bannorum tertia pars sit communis et duæ damnum passi, et emendet damnum in quadruplum. Et si bos, asinus, porcus vel scrofa sive capra alicujus intraverit et damnum dederit in croco alicujus, horto aut blado, aut alibi ubicumque solvat ille cujus fuerit bestia quinque solidos denariorum et damnum emendet in quadruplum. Si vero damnum dederit pecus pro qualibet pecude et qualibet vice solvat duodecim denarios, et si quis in sua possessione aliquam dictarum bestiarum damnum dare invenerit ipsam aut ipsas interficere possit sine pœna et banno. Et si pullus damnum dederit in bonis alicujus liceat damnum passo illum aut illos occidere capere et habere, et ille cujus fuerit pullus nihilominus pro qualibet pullo si accusatus fuerit solvat sex denarios, de quibus banni tertia pars sit communis, et duæ damnum passi. Et si porcus aut scrofa damnum dederit in aliqua area dum in ipsa esset bladum, solvat ille cujus fuerit pro quolibet ipsorum et qualibet vice quinque libras denariorum, et emendet damnum in quadruplum, et liceat damnum passo ducere ad videndum cujus fuerint bestiæ unum testem, et ab inde in antea teneatur reassignare, cujus banni tertia pars sit communis et duæ damnum passi. Addicentes quod in damno dato vel vasto ex quo vel ex quibus essent impositæ pœnæ usque in quattuor libris denariorum sufficiat probatio unius testis cum juramento accusatoris, et in quibus volumus quod etiam mulieres possint testificare, et ipsum testimonium valeat et teneat ipso jure

Cap. 12

Si canis intraverit vineam

1 Item statuimus quod si canis intraverit vineam

neam alicujus, et damnum dederit, solvat ille cujus fuerit canis pro qualibet vice viginti solidos denariorum, et stetur et credatur sacramento accusatoris sine aliqua probatione, et emendet damnum in quadruplum. Et quicumque habebit canes de mensibus Augusti et Septembris teneat ipsos ligatos, et non permittat eos ire extra Carbonarias Hispelli de ipsis mensibus, et qui contrafecerit solvat nomine banni quadraginta solidos denariorum, et licitum sit cuilibet canem occidere si ipsum invenerit de ipsis mensibus damnum dare in sua vinea sine poena et banno. Et notarius damnorum datorum teneatur de ipsis mensibus facere inquisitionem contra non servantes praedicta, et licitum sit cuilibet ducere canem ad manus sine pena et banno

Cap. 13

De damno dato in vinea horto vel clausura

Item statuimus quod quicumque intraverit vineam hortum vel clausuram alicujus ficuum, vel pergularum plenas qualitercumque sine voluntate illius cujus fuerit vinea, hortus vel clausura et damnum dederit in ipsis, vel aliquo ipsorum solvat nomine banni sex libras denariorum, et si damnum non dederit, et quod iverit pedibus solvat nomine banni quadraginta solidos denariorum. Et liceat unicuique invenienti aliquem in sua vinea, vel clausura, vel horto tam de die quam de nocte ipsum tenere publice sine offensa personali donec venerit unus testis dicto cujus, cum sacramento accusatoris credatur, ac si ad colligendum uvas invenisset, et talis detentor non teneatur ad poenam pro dicta detentione. Quas vineas et clausuras decernimus esse plenas a Kalendis Aprilis usque ad festum Omnium Sanctorum, et si quis intraverit vinam vel clausuram alicujus post dictum festum omnium Santorum usque ad Kalendas Aprilis contra voluntatem illius cujus fuerit vinea vel clausura

usura, et damnum ibi dederit solvat nomine pœna quadragintas solidas denariorum. Et illas decernimus esse clausuras, in quibus steterint tres arbores domesticæ, scilicet tres cipparice ficuum vel pergularum pro quolibet modiolo, aliarum vero arborarum sint a quinque supra, et intelligatur de arboribus domesticis, aliter non intelligatur esse clausura. Et si quis intraverit vineam hortum vel clausuram vel aliam possessionem causa expellendi aliquam bestiam, sive bestias, et damnum aliquod nisi tantum pedibus non dederit ad pœnam aliquam non teneatur. Et si quis damnum dederit in arboribus colligendo uvas, ficus et alios fructus domesticos in quadragintis solidis denariorum vice qualibet puniatur. Si quis autem acceperit palos alicujus vineæ contra voluntatem illius cujus fuerit vinea, et si de nocte solvat nomine banni duasdecim libras denariorum, et si de die fuerit solvat sex libras denariorum. Et omnis qui non habuerit vineam propriam vel conductam et inventus fuerit cum palis, ipsos accepisse præsumatur de vinea alterius. Venatores vero et cacciatores possint ire per vineas, et clausuras tempore quo non fuerint plenæ, quando irent ad uccellandum seu cacciandum sine pœna et banno, dummodo damnum aliquod non dent, et si darent solvant dictum bannum, et duplum plus: quorum bannorum supradictorum tertia pars sit communis, et dua damnum passi, et semper emendetur damnum in quadruplum. Et cuilibet sit licitum adportare de uvis suis sine pœna et banno usque in quantitatem trium rasporum de quibus stetur sacramento adportatoris sine alia probatione si sunt de uvis suis propriis aut de vinea sua propria vel conducta sive de pergulis, et habeatur pro plena probatione. Addicientes quod Priores terræ præfatæ qui pro tempore erunt possint dare et concedere licentiam cuilibet de Hispello et ejus dis-

strictu

trictu, vendembiandi, colligendi et apportandi uvas pergularum ipsarum sine pæna et banno, quandocumque ipsis Prioribus placuerit. Teneantur etiam dare licentiam cuilibet colligendi et vendembiandi uvas pergularum a quindecim diebus in antea mensis septembris, et debeant si qua petentur ab eis. Et volumus quod quæcumque persona de Hispello, et ejus districtu possit, et ei licitum sit vendembiare uvas et colligere, et apportare de vinea propria vel conducta a stradis superius . . . . per tres dies antequam incipiatur alibi per Territorium Hispelli, aliquo Capitulo Statuti in contrarium loquente non obstante

Cap: 14

Ut nullus vadat per semitas

Item statuimus quod nulla persona vadat per semitas cum bestiis aut sine præter quam de mense Augusti et Settembris pœna decem librarum denariorum pro qualibet vice, et qualibet bestia, salvo quod si via fuerit in tantum devastata, quod per ipsam comode ire non posse, quod possit ire per semitas illius possessionis juxta quam est via devastata, eundo cum minori damno; de quibus quilibet possit esse accusator, et de tribus vicibus credatur sacramento accusatoris, et ab inde supra damnum passus possit accusare infra quindecim dies et probetur legitime. Sit etiam licitum cuilibet ire cum bestiis et sine, et etiam redire per semitas Orticelli, Agelli, et Campidominici sine pœna et banno Capitulo aliquo non obstante. Quicumque autem tenet juxta semitam Campidominici ab utraque parte teneatur in suo mittere fossatum amplum ad minus unum pedem ad pedem perticæ, in quo quidem fosseto nullus impedimentum faciat sed liberum teneat, et qui contrafecerit solvat viginti denariorum solidos. Et quilibet possit esse accusator

et

habeat medietatem banni. Et cuilibet sit licitum per stipulas ire et bestias pascualare sine pœna et banno

Contra ~ Cap. 15 ~ Mulieres

3 Item statuimus quod mulieres non filent super Nummetas seu prope per mediam perticam in Platea Communis Hispelli dum fuerint ad vendendum panem, caseum, olera, vel fructus ab arco filiorum Florani ab utraque parte stratæ usque ad Sanctum Ruffinum circum circa plateam, si vendiderint nummatas, vel consuetæ sint vendere ad pœnam quinque denariorum, quoties contravenerit. Et quis, vel quæ panem vendiderit non debeat vocare aliquem euntem ad emendum panem pœna duorum solidorum pro qualibet vice nec teneat aliquam puellam vel puerum in collo vel in brachiis sub pœna prædicta, et notarius damnorum datorum teneatur de prædictis quolibet mense facere inquisitionem, et si aliqua vendens panem ad minutum fraudem commiserit non habendo pondus ordinatum solvat pro quolibet pane non ponderis duodecim denarios, quos de facto dictus notarius contrafacientes facere solvere teneatur, et ammittat illum panem unum vel plures, et frangantur et dentur pauperibus, super quibus Notarius prædictus inquisitionem facere teneatur quolibet mense ad minus bis, et facere jurare omnes panifaculas si pondus eis datum per officiales habuerint, et si de prædictis invenerit aliquem culpabilem; Idem notarius teneatur contra eos tam cum accusa et denumptiatione, aut sine aut inquisitione procedere, et eis punire in pœnis prædictis de facto.

Cap. 16

Contra Fornarios

Item statuimus quod fornarij et fornariæ teneantur bene coquere panem, et accipere totum panem qui portatur ad fornum causa coquendi, et faciant quod panes non amittantur

tantur, et debeant ipsum panem totum restituere, et quilibet fornarius, et fornaria teneatur habere unam tolam seu camoreannam, ad hoc ut panis non deturpetur; et si non restituerint panem eis assignatum teneantur panem emendare simpli verbo apportantis. Et nullus fornarius debeat retinere ligna ubi est furnus, nisi tot quot sufficiunt pro tribus fornatis panis, et qui contrafecerit solvat decem libras denariorum pro qualibet vice quoties contrafecerit, et credatur simplici verbo illius cujus fuerit panis. Et panifaculae coquant bene panem, quem vendunt, et faciant bene coquere fornariis. Qui fornarii et fornariae teneantur accipere pro coctura panis de trigintis panibus unum panem et non plus ad poenam decem librarum denariorum, et dictus panis quem acceperit, sit ejusdem qualitatis et ponderis cujus erit quislibet alius panis quem coquet, et non majoris, et si contrafecerit solvat pro qualibet vice, et quolibet pane sic accepto decem libras denariorum, et quislibet de praedictis possit esse accusator, et habeat medietatem banni, et nomen ejus teneatur secretum. Et si panifaculae vellent facere extrahi panem antequam esset bene coctum solvat ille cujus panis fuerit decem libras denariorum, et tantundem solvat fornarius ejus. Et jurent et jurare debeant ipsi fornarij, et fornariae ad sancta Dei Evangelia praedicta et singula observare, et notarius damnorum datorum qualibet ebdomada teneatur facere inquisitionem de praedictis; et fornarij nec fornariae possint nec debeant mittere nucicis in furno ad poenam quadragintarum librarum denariorum pro qualibet vice, dummodo non possit aliquis fornarius denumptiari vel accusari de immissione nucij in furno elapsis quindecim diebus post immissionem. Et praedictus notarius vadat per furnarios et

et panifaculas ut predicta observentur, et quicumque tenuerit aut fecerit fornum a quinque annis citra in quacumque parte terre Hispelli debeat ipsum fornum retinere et facere in tempore futuro nisi fuerit impedimento personali passus, et observet omnia supradicta, et quis aut quae contrafecerit solvat qualibet vice vigintaquinque libras denariorum, et nullus fornarius vel fornaria in domo ubi haberet furnum debeat retinere gallinam aut porcum ad poenam decem librarum denariorum neque aliquam ca lefaciet. Et si praedictus notarius in praedictis fuerit negligens in decem libris denariorum de suo salario condemnetur. Quibus fornariis, et fornariabus sit licitum ire post tertium sonum campanae percipiendo panes sine poena et banno capitulo aliquo non obstante

Cap. 17
De Damno dato in croco

Item statuimus quod nullus det damnum in croco alicujus cum bestiis ad poenam decem librarum si fuerit de die, si vero de nocte solvat viginta libras denariorum. Si studiose miserit bestias in blado sive croco solvat ille cujus fuerit bestia viginta libras denariorum. Et qui meterit praedicta, vel erbam manualiter fecerit vel damnum dederit in blado sive in croco solvat viginta libras denariorum, et emendet damnum in quadruplum, et sufficiat probatio unius testis. Et si testis probaverit non deferatur juramentum accusatori vel accusato, sed notarius praedictus procedat prout sibi videbitur convenire. Quicumque autem colligerit flores croci malitiose solvat nomine banni decem libras denariorum si de die fuerit, si vero de nocte vigintaquinque libras denariorum dummodo de collectione dictorum florum croci constet legitime, quorum bannorum tertia pars sit communis, et duae damnum passi et actoris, contra quos collectores tam Potestas, quam ejus vicarius, curia, quam ipse notarius

rius damnorum datorum possit procedere et in ipsis poenis dictos malefactores, sive malefactorem condemnare. Et si quis ipsorum officialium ipsos malefactores invenerit habeat tertiam partem banni. Et licitum sit mulieribus ire per clausuras, et possessiones, cujuscumque conditionis sint, ubi non sit vinea vel hortus causa de ipso colligendi olera et erbas silvestres sine poena et banno a mense Januarij usque ad Kalendas Maij Capitulo aliquo non obstante

Cap: 15

De diebus dominicis et festivis

Item statuimus quod diebus festi Omnium Sanctorum, Sanctae Mariae Virginis, Sancti Laurentij, Sancti Ruffini, Sancti Felicis, Sanctae Chaterinae, Sanctae Luciae Virginis, Sancti Martini, Sancti Severini, diebus festivitatis Apostolorum, Evangelistarum, festivitatis Apparitionis Crucis, Sancti Joannis, Sanctae Annae, Sancti Manni, diebus Veneris omnibus de Mense Martij, Sancti Michaelis Arcangeli de mense Maij, (fuit additum praesenti Capitulo dictum festum Sancti Michaelis ordine et decreto generalissimi consilii Terrae praedictae pro ut latius in libris Reformationum manu Cruciani Sfortiae Cancellarij Communis, cui additioni nullo modo ullo unquam tempore ab aliquo aut aliquibus derogari, nec dari licentia contra dictum decretum possit, mandando inviolabiliter observari ad honorem Dei, et praedicti Sancti primatis Caelestis militiae cujus meritis et intercessionibus ad Deum ab omni hostili odio et insidiis liberetur Populus Hispelli) et Sancti Andreae de [dall'Acqua] Zoch de Ordine Fratruum minorum nemo debeat laborare cum bestiis aut sine, nec tempore vendembiarum uvas colligere ad poenam decem librarum denariorum, et quislibet de praedictis possit esse accusator, et habeat duas partes banni, et tertia sit Communis

que

quae poenae de facto auferantur per notarium damnorum dictorum Terrae Hispelli. Et licitum sit Ecclesiis, et Monasteriis pro ope Ecclesiae, omnibus supradictis diebus attrascinare, et attrascinari facere trascina sine poena et banno, et liceat omnibus aliis hominibus, et personis de Hispello attrascinare et attrascinari facere et erbam facere, et ipsam et paleas pro bestiis apportare sine poena et banno, diebus dominicis, festivitatibus Sanctae Mariae de Augusto, Sanctae Mariae de Martio, et apparitionis Crucis exceptis, quibus diebus volumus et expresse inhibemus quod nullus laboret cum bestiis, et sine bestiis attrascinando, erbas faciendo, ipsas apportando vel paleas, aut aliquod aliud laboritium faciendo publice, vel cum bestiis sub poena praedicta decem librarum denariorum. Salvo quod si dictis diebus et omnibus aliis supradictis jaceret canapa, vel linum in aqua, et esset macera quod possit elevari sine poena et banno; Nullus autem Sartor, mercator, aut alius artifex debeant supradictis diebus retinere extra hostium cammerae aliquam nummatam vel mercantiam nec in ipsis cammeris aut alibi mensurare, ponderare, nec mercatationem facere nec laborare sub dicta poena, et dictus notarius teneatur vinculo juramenti, et sub poena decem librarum denariorum ire publice dictis diebus ad scutandum pro praedictis, et repertos culpabiles in dicta poena condemnare, etiam possit in praedictis et quolibet praedictorum procedere, et poenam de facto exigere pro communi. Et quislibet de praedictis possit esse accusator, et habeat medietatem banni, et nomen ejus teneatur secretum. Salvo quod licitum sit Macellariis omnibus supradictis diebus, carnes facere et vendere, et cammeras aperire, et vendere res necessarias, et ibi aliud facere non possint, et praedicta

ta dictus notarius teneatur banniri facere infra octo dies post introitum sui offitii. Addicientes quod Judex communis Hispelli vinculo juramenti dictis diebus in causis civilibus jus non reddat, nec diebus Veneris totius anni vel altero ipsorum, et quidquid fecerit dictis diebus vel aliquo ipsorum in dictis causis volumus non valere.

Cap. 19

De projicientibus turpitudinem in Formellis

Item statuimus quod nullus projiciat aquam de domo sua vel aliena, vel aliquam turpitudinem in aliqua parte Terrae Hispelli, usque quo campana ultima pro custodia dictae Terrae pulsabitur, postea possit projicere sine pena et banno, dummodo caveat ne aliquem offendat ad penam centorum solidorum denariorum, et praestetur sacramentum accusatoris, et ipsi stetur cum uno teste, et accusator teneatur secretus. Et nullus projiciat scotanum vel aquam scotani, neque pedes animalium, vel letamen in Strada vel platea, aut alibi per mattonatum, a Pilottis extra, vel aliis viis publicis aut vicinalibus ad penam centarum librarum denariorum. Et nemo de Hispello vel aliunde audeat vel presumat ineptam turpitudinem vel immunditiam projicere, vel lavet in via publica aut vicinali, aut aliquod impedimentum faciat eis ad penam vigintorum solidorum denariorum. Nulla autem persona audeat vel praesumat projicere in strada conductus, vel devivare aliquam immunditiam, letamen lavaturam carnium alicujus animalis sanguinem, aut lavaturam olerii, scotanum, aut aquam ipsius, vel aquam molendinorum, nec mittat aut lavet pannos, vel erbam, nec aliquod aliud impedimentum praestet in prajudicium dictae stradae aut conductus intus, aut extra Hispellum, et qui contrafecerit si de die fuerit

erit pro qualibet vice in quadraginta libris denariorum puniatur. Si quis autem projecerit in aliqua parte dictæ terræ aquam mundam, et non offenderit aliquem ad pœnam aliquam non teneatur. Et notarius damnorum datorum teneatur quolibet mense de prædictis facere inquisitionem, et repertos culpabiles punire in pœnis prædictis. Et quicumque habet a muris Hispelli intus aliquod formellum juxta vias publicas, aut vicinales teneatur ad renam et calcem facere murare murum grossitudinis duorum pedum perticæ et altitudinis unius ad minus ad pœnam centum librarum denariorum postquam fuerit sibi mandatus per notarium antedictum, et nullus habeat aut faciat servatorium, foveam aut sciacquatorium prope conductum fontis per duas perticas ad hoc ut aqua ipsius in aliquo turbari, vel lædi non possit ad pœnam decem librarum denariorum, et notarius prædictus teneatur de prædictis facere inquisitionem, et repertos culpabiles in pœnis prædictis punire, habito semper respectu si esset præjuditium vel non ipsi conductui vel aquæ; et prædicta banniri faciat ne aliquis possit prætendere ignorantiam, et quilibet possit esse accusator, et habeat duas partes banni, et nomen accusatoris teneatur secretum, et si notarius fuerit negligens in prædictis in decem libris denariorum de suo salario condemnetur

Cap: 20

De Muro Turris novæ

Item statuimus quod notarius damnorum datorum dictæ Terræ Hispelli teneatur et debeat vinculo juramenti, manutenere et conservari facere in bono statu murum qui est in Carbonaria Hispelli juxta possessionem Severini Niccolutij et Solturni novæ, ita quod dictus murus in aliquo non lædatur, et qui eum læderet, vel aquam juxta ipsum murum derivaret pro vice qua=

libet in decem libris denariorum puniatur. Et semel in mense debeat ire ad videndum dictum murum, et etiam infra duos menses actari facere per addjacentes, ita quod aqua non possit derivari aliunde quam per alveum elonae, et non possit aliquis inde ingredi, et cum dicto notario sit unus superstes, qui a consilio populi eligatur, et actatio muri praedicti per addiacentes fiat. Et addiacentes hii sunt quos duxerit nominandos Superstes. Et si notarius in praedictis fuerit negligens perdat de suo salario decem libras denariorum.

Cap: 21

De Forma Molendinorum

Item statuimus quod de mense Augusti et Septembris, et quolibet anno de dictis mensibus forma inferior formae Rivigiunti a rivigiunti inferius usque ad aream Angelutii, Prodifaleis cavetur et exgomberetur, et allargetur per tenentes ipsi formae, ex parte inferiori et superiori, ubi expedient ita quod aqua bene conservetur, et currere ad molendina Communis possit ad poenam decem librarum denariorum. Et quicumque juxta ipsam formam tenet ex parte superiori et inferiori ubi esset impedita vel devastata teneatur ipsam reactare infra quindecim dies ad hoc ut dicti tenentes in eorum possessione non mittant aquam, et si praedicta non fecerint infra dictum tempus notarius damnorum datorum teneatur et debeat, et possit coptumatores fieri facere ad perficiendum dictum opus expensis illorum quorum est dicta possessio. Quae forma a molendino Cantaneorum inferius manuteneatur in bono statu usque ad Terrenum Nevaniae, et si in aliqua parte fuerit devastata vel ibi factum aliquod vacatorium reactetur quanto melius poterit, et cavetur et remundetur, ita quod ipsa forma sit larga in summitate sex pedibus, et in fundo quatuor ad

pedem

pedem perticae, ad quae fieri facienda super-
sit dictus notarius, qui teneatur praedicta
fieri facere bona fide, sine fraude, et qui-
cumque fecerit in ea ripam, vel in ipsa ali-
quod varcatorium et non reparaverit in cen-
tis libris denariorum pro vice qualibet conde-
mnetur, et quilibet possit esse accusator
et habeat medietatem banni, et ipsa for-
ma cavetur, et occupetur per homines de His-
pello duobus pedibus ad pedem perticae, et
gittatitium projiciatur ex parte exteriori,
et quicumque projecerit gittatitium in
ripa solvat pro qualibet vice quadragin-
tas libras denariorum, et quilibet possit
esse accusator et habeat duas partes ban-
ni. Et quicumque tenet juxta ipsam ri-
pam in ipsa ripa allevet bonam, et altam
sepem ubi non est. Et nullus possit pu-
tare sepem, aut allevare, aut arborare
in ripa exteriori a dicto molendino infe-
rius usque ad viam mevaniae. Et qui-
cumque tenet terram propriam vel con-
ductam juxta ipsam ripam, et formam
teneatur et debeat eam mittere, et cavare,
et remundare, et ripam ipsius actare, et
manutenere in bono statu expensis suis, et
dictus notarius ire debeat publice ad vi-
dendum si praedicta facta fuerint ut su-
perius est expressum, et hoc bannire fa-
ciat per Hispellum omni mense, et re-
pertos culpabiles in quadragintis libris
denariorum vice qualibet punire. Et si
dictus notarius fuerit negligens in prae-
dictis in decem libris denariorum conden-
netur. Addicientes quod formellum a via
Putei Arpini usque ad Vadum largum,
et Clonam ubicumque expedierit acte-
tur, et pontes fiant prout videbitur con
veniens, ita quod Aqua dictae Clonae n̄on
fundatur versus dictum alveum, et prae-
cise versus Turrim Quatrani, et Aquator-
tam, et ubicumque dicta via esset oc-
cupata reducatur, et ponatur in pris-

tinum

tinum statum per addiacentes dictae Clonae, et quod avenetur ubicumque fuerit necessarium. Forma vero quae est a Clauce vateri usque ad Stradam novam, qua itur ad pontem Sancti Andreae mittantur fossata ampla quinque pedibus ad pedem perticae per tenentes et habentes possessionem juxta ipsam Stradam versus Turrim Martinellae. Volumus autem quod quislibet habens molendinum in alveis Clonae debeat annuatim contribuere per compensationem remundationis piscariae, et alvei tres libras denariorum, et si contribuere noluerint, Alveum Clonae aliunde mittatur, et intelligatur hoc de molendinis factis et fiendis, et notarius reformationum teneatur infra duos menses post publicationem praesentis statuti ponere molendinarios quoslibet per tribus libris denariorum pro quolibet molendino in exitu fictus montis, quas dictas habens molendinum in dicto alveo Clonae solvere teneatur annuatim Communi praedicto. Statuentes etiam quod Piscaria magna Communis Hispelli mittatur, et cavetur, et remundetur quolibet anno de mense Augusti et Septembris. Et Priores dictae terrae qui pro tempore fuerint teneantur quolibet anno de dictis mensibus mitti, et cavari, et remundari facere expensis dicti Communis, quod si non fecerint in centis libris denariorum pro quolibet condemnentur

Cap: 22

De Puteis et Cisternis

Item statuimus quod Notarius damnorum datorum teneatur, et debeat per adjacentes infra quatuor mensibus post suum introitum remundari, facere, et reactari puteum Conchae, fontem veterem, fontem montis, fontem cisternae et puzzolum Busti, et supra bucchis ipsorum Puteorum fieri faciat parapettum

tum ad venam, et calcem; et nullus dictis puteis aut fontibus faciat aliquam turpitudinem, nec possit habere, aream foveam vel paleas per quinque perticas prope ipsos puteos et fontes ad poenam centarum librarum denariorum pro qualibet et qualibet vice; et si prohjecerit in ipsos aliquam turpitudinem, contrafaciens solvat pro qualibet vice deces libras denariorum. Et fons Ciucchae manuteneatur per homines qui habent vineam a vinea olim Bartholi Bontempi inferius sicut trahit possessio Andrioli Leonis De Brusciano; et superssint duo homines eligendi per Priores qui possint pro praedictis fieri faciendis poenam et bannum imponere usque in quantitatem quinque librarum denariorum, quae pena in dicto opere convertatur. Fons autem Ciucchae praedictus actetur prout eidem notario et sex Adjacentibus videbitur. Et Puzzolus Busti manuteneatur et actetur per Adjacentes. Omnes autem Cisternae de Hispello per illos cujus sunt reparentur, et in reparatione ipsarum debeant Convicini non habentes cisternam juvamentum praestare, et illi habeantur pro vicinis quos dictus notarius duxerit nominandos, et nullum habeant. salarium

Cap: 23

Ut nullus vadat extra Carbonerias

Item statuimus quod nulla persona terrigena audeat vel praesumat post tertium sonum campanae, quae pulsatur de sero pro custodia Terrae Hispelli ire vel redire extra Carbonerias per districtum dictae Terrae cum bestiis aut sine, sine licentia officialis communis, usque ad sonum Campanae quae pulsatur de mane in aurora diei, nisi venerit extra districtum Hispelli, habito respectu ad conditionem, et qualitatem personae, et probationis de reddita, et adventu per unum testem ad minus ad

poenam

poenam decem librarum denariorum. Licitum tamen sit cuilibet de Hispello habitare in plano Hispelli a Corogliano inferius et stare in domo aut in possessione ipsius propria vel conducta usque ad horam diei. Et si damnum, vastum aut furtum in aliqua parte per districtum Hispelli factum esset per talem euntem et inventum de nocte ut dictum est praesumatur esse factum, et puniatur secundum formam Statuti nisi probaretur legitime de malefactore. Et notarius praedictus teneatur semel in Ebdomada ire de nocte per districtum Hispelli ad inquirendum de praedictis, et praedicta similiter locum habeant a Corigliano, et muro Rivigiunti superius.

Cap: 24

De Strada Conductus

Item statuimus quod via conductus de Monte per quam itur ad Amnam et Colopinum, et pontes qui sunt in ipsis via, et strada debeant manuteneri in bono statu ita quod sint octo pedibus ad pedem perticae, videlicet a Saxo pusatorio superius per homines de montanea, et ab inde infra per homines terrae Hispelli, et nullus prope dictam stradam, ex parte inferiori laboret, vel laborare faciat per duos pedes ad pedem perticae, et ipsa strada a Castro Colopini, usque ad castrum Sancti Joannis aptetur ubi expedit, et similiter aptetur via qua itur a Castro Colopini usque ad Fontem canalis, et praedicta fiant per homines de montanea, et nullus dictis viis, aut alicui ipsarum praestet aliquod impedimentum, nec ipsas vias aut aliquam ipsarum occupabit ad poenam centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet, et quislibet de praedictis possit esse accusator, et habeat medietatem banni et teneatur secretum, et no

tarius

tarius damnorum datorum, vinculo juramenti, et sub poena decem librarum denariorum teneatur de praedictis quolibet mense facere inquisitionem, et ad dictam stradam accedere, et repertos culpabiles condemnare in poenis praedictis. Via vero qua itur a Castro Sancti Joannis usque ad cavatoriam ubi cavantur lapides compleatur et aetetur per homines dicti castri. Et nulla persona debeat ipsam viam apprehendere ad poenam superius declaratam

Cap: 25
De Molendinis Olivarum

Item statuimus quod cuilibet de Hispello sit licitum facere et habere in Hispello molendinum olivarum, et de ejus districtu ad macinandum temporibus condecentibus, et opportunis, dummodo teneantur et debeant illi qui habent molendina, et famuli ipsorum macinare olivas cuilibet volenti sine datione multurae ad sensum et voluntatem illius cujus fuerit oliva, et habeant saccules equali forma una tamen magna quod alia, et habeant sacchettam bucatam ab utraque parte unius palmi, quas teneantur bene implere ad sensum illius cujus fuerit oliva, et torquere, et debeant habere stangeum ad torquendum olivas, longam sex pedibus ad minus ad pedem perticae ad poenam decem librarum denariorum pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice, et qui steterit ad serviendum et custodiendum dicta molendina, in quo dictorum molendinorum fuerit conventus in simili poena puniatur, et etiam ille cujus fuerint molendina, et de praedictis et quolibet praedictorum quilibet possit esse accusator et habeat duas partes banni, et stetur et credatur sacramento accusatoris cum uno teste, et nihilominus notarius damnorum datorum quando ipsa molendina macinabunt teneatur ire ad ipsa molendi-

na

na qualibet ebdomada ad minus una vi-
ce et de predictis inquisitionem facere
generalem, et repertos culpabiles in penis
predictis condemnare. Et ad vendendum ole-
um ad minutum fiant mensure sigillate
ita quod quislibet vendens oleum ad minu-
tum habeant pititum, medium, fogliettam,
nummatam sigillatam sigillo communis Hi-
spelli ad penam quadraginta librarum de-
nariorum pro quolibet contrafaciente, et quo-
libet vice, et quislibet possit esse accusa-
tor et habeat medietatem banni, et dic-
tus notarius repertos culpabiles teneatur
per accusam seu inquisitionem condemnare,
teneatur etiam dictus notarius ire et acce-
dere una cum duobus prioribus dicte ter-
re ad quodlibet molendinum dicte terre
Hispelli, et ejus districtu olivarum noc-
cio, et in ipsis molendinis inquisitionem
facere diligenter, et jurare faciat omnes
molendinarios ipsorum molendinorum, et a-
lios quoscumque morantes, et habitantes in
ipsis si erunt etatis vigintorumquinque an-
norum, et ab inde supra de assignando bo-
na fide totum oleum nocci quod habue-
rint in suo molendino, omni dolo et frau-
de pretermissis, et ipsum oleum videri et
arbitrari quot caldarelli possit esse pro
quo oleo dicti molendinarij videlicet qui-
libet pro suo molendino teneantur, et de-
beant illico solvere Cammerario communis
predicti duos solidos denariorum pro quo-
libet caldarello

Cap. 26

De Formis, et Viis paludis

1 Item statuimus quod Priores Populi dic-
te Terre Hispelli teneantur vinculo jura-
menti de mense Junii eligere tres super-
stites de quolibet terzerio unum qui fa-
ciant mittere formam paludis de mensibus
Junii et Augusti quolibet anno per com-
mune Hispelli, et una via, et una for-
ma fiant in Trenio Belliantis per adja-
centes

centes, quæ via et forma procedant usque in Territorium Cannarij, et adjacentes sint a Via Turris Mastinellæ usque ad tapitum, et a dicta via intus. Et in vocabulo Mastinellæ fiat una via nova per adjacentes a terra Nardoli Petracchiæ usque ad largum Rivi, aut Rii, et ad prædicta supersit Notarius damnorum datorum qui habeat potestatem imponendi pœnam delinquentibus vigintarum librarum denariorum. Rigavella vero sive forma quæ incipit a Strada Rubei Domini Leonardi, scilicet Strada nova usque ad Pontes via nova Quatrani allargetur ubi allargata non est ex parte inferiori dictæ viæ quatuor pedibus usque ad dictam viam novam. Et via Sancti Joannis a Musolejo usque ad pontem filiorum Spereglia aptetur, et abbreccietur per addiacentes.

Cap: 27

Quod quilibet habeat hortum

Item statuimus quod quilibet Jocularis de Hispello qui accatastatus est in catasto communis Hispelli in biscentis libris, et ab inde supra teneatur, et debeat habere hortum trium pugillorum terræ ad minus, et qui est accatastatus in mille libris, et ab inde supra medij Starij Terræ ad minus, et utrum fuerit hortus vel non stetur providentiæ, et declarationis Notarij, et qui contrafecerit condemnetur per dictum notarium qualibet vice in centis libris denariorum. Et dictus notarius teneatur de prædictis quolibet mense inquisitionem facere semel ad minus, et repertos culpabiles punire et condemnare in pœnis supradictis. Et si dictus notarius fuerit negligens in prædictis perdat de suo Salario centas libras denariorum

Cap: 28

De Habentibus Profellum

Item statuimus quod quicumque habet pro=

profellum supra Stradam publicam per totum Hispellum teneatur, et debeat mattonare vel atterrare infra mensem introitus potestatis ad pœnam centum librarum denariorum, et quislibet possit esse accusator et habeat duas partes banni, et teneatur secretus. Et notarius damnorum datorum teneatur de prædictis facere inquisitionem, et repertes culpabiles punire et condemnare. Nemo autem debeat habere profellum, vel berbicem supra viam publicam quod, aut qui excedat medietatem viæ, et dictus notarius infra duas menses post suum introitum, teneatur removeri facere omnia talia profella trasannas, vel berbicones et ligna, dummodo banniatur pro mandato potestatis, quod quislibet removeat prædicta infra quindecim dies post bannimentum prædictum, et si non fecerit infra dictum terminum condemnetur contrafaciens in quadraginta libris denariorum, et quislibet possit esse accusator et habeat duas partes banni, salvo quod prædicta locum non habeant contra illos qui habent possessionem vel domum ab utraque parte viæ, immo sit licitum cuilibet de Hispello habenti domum sive domos juxta viam publicam aut vicinalem ab utraque parte viæ ipsius in quocumque loco per terram Hispelli, supra ipsam ædificari facere, et costruere ibi profellum, trasannam, pontem sive logiam, projiciendo, habendo, et ponendo ligna ab una domo ad aliam causa eundi de una domo in aliam, et alias asceveleças et comoditates habendi, aliquo Capitulo loquente in contrarium non obstante. Et quicumque habet profellum in dictis locis supra viam publicam, et capit ultra medietatem ipsius viæ, illud plus elevetur. Et dictus notarius teneatur contenta in dicto capitulo executioni mandare sine aliquo salario, quod si non fecerit nullum salarium habeat a

Communi

communi, neque de suo salario possit fie=
ri apodissa, dummodo praedicta non ha=
beant locum contra illos qui habent do=
mos ab utraque parte viae, ut dictum est.
Super autem viis vicinalibus aedificari
possit sicuti supra viis publicis, et cuilibet
qui haberet aliquam domum vicinalem cum
aliquo aut aliquibus, et haberet plus in
ipsa via quam alius vicinus, sit licitum
illud plus quod in ipsa via haberet apprch
endere si ibidem voluerit mittere berbicones.
Et semper quando berbicones mitterentur si=
ve profellum, logia, aut pons fieret supra
aliquam viam publicam vel vicinalem de=
beat stare in altum octo pedibus ad pe=
dem perticae ad minus, et si aliter fieret
potestas dictae terrae sive notarius antedic=
tus teneatur ipsos aut ipsas facere remove=
ri tam positos et factos temporibus retro=
actis quam ponendis et fiendis pro futu=
ro

Cap: 29
Contra Apportantes uvas

Item statuimus quod si quis inventus
fuerit cum uvis de vinea aliena, vel de
pergulis alienis solvat pro quolibet raspo
quinque libras denariorum usque in quan=
titatem trium rasporum, et ab inde supra
usque in quantitatem decem rasporum u=
varum inventus fuerit pro quolibet raspo pu=
niatur in vigintis libris denariorum, et si
a decem raspis uvarum supra inventus
fuerit puniatur prout notario damnorum
datorum videbitur, quae poenae de facto tol
lantur, et quislibet possit esse accusator,
et habeat medietatem banni, et nomen
ejus teneatur secretum. Sit tamen lici=
tum cuilibet de Hispello de vinea sua
propria vel conducta sive de pergulis
suis apportare ~~sex~~ tres raspos sine poena et
banno, et si de vinea sua sive de per=
gulis ultra ~~sex~~ tres raspos uvarum apporta=
verit, et inventus fuerit per notarium
ante=

antedictum, vel per guardiarium Communis accusatus fuerit, vel denumptiatus in quinque libris denariorum pro quolibet vapo puniatur, et quislibet possit esse accusator, et habeat medietatem banni et nomen ejus teneatur secretum, quod bannum per notarium damnorum datorum de facto tollatur.

Cap: 30

Quod Notarius damnorum datorum teneatur ire qualibet ebdomada in Confinibus

Item statuimus quod notarius damnorum datorum teneatur et debeat qualibet ebdomada ire semel ad minus in confinibus Territorij Hispelli circum paludia, et bestias forenses quas invenerit in territorio Hispelli pasculare sive damnum dare secum ducere ad Terram Hispelli, et condemnare quemlibet contrafacientem pro qualibet bestia grossa in vigintis libris denariorum, et pro qualibet bestia minuta in quinque libris denariorum, dummodo quod per Priores Hispelli qui erunt pro tempore infra duas menses post publicationem presentis Statuti notificetur per ambasciatores terre Hispelli Regiminibus civitatum Asisij et Fulginii, et Terrarum Mevanie Cannarij, et ipsos rogent ex parte dicti Communis Hispelli, quatenus eis placeat monere eorum cives et terrigenas, et comitatenses ut in Territorium Hispelli damnum non inferant publice neque cum bestiis, neque personaliter. Quorum bannorum quarta pars sit notarij, quarta sotiorum quos secum duxerit, quarta Communis Hispelli, et quarta damnum passi. Et si dictus notarius, vel sotij quos secum duxerit ad predicta, aliquod damnum sustinerent aut reciperent dicta occasione per Commune Hispelli conserventur indemnes

Cap: 31

De Fonte Grifoni actando

Item statuimus quod notarius damnorum

datorum

datorum Terræ Hispelli qui erit pro tempo=
re teneatur et debeat de mense Maij proxime
venturi facere fieri expensis dicti Communis
actari, et murari bene, et diligenter ad re=
nam et calcem fontem Griffoni quæ est juxta
stradam qua itur a Hispello Cannarium, qui
fons sic factus manuteneatur per Commune
prædictum, et si notarius prædictus in præ=
dictis fuerit negligens, et dictum opus fie=
ri, et perfici non fecerit in decem libris de=
nariorum condemnetur per Rationatores qui
eum sindacabunt.

Cap: 32

De Viis actandis publicis
et vicinalibus, et de alveis aquarum.

/ Item statuimus quod notarius damnorum
datorum qui erit pro tempore teneatur et
debeat ex suo officio facere reparari, et ac=
tari vias et stradas publicas et vicinales,
quæ essent in districtu Hispelli per adja=
centes ipsarum viarum et stradarum, et
cujuslibet earum ubi essent devastatæ, et
vastæ, et possit pro prædictis pœnam impo=
nere usque in quantitatem decem librarum
pro quolibet adjacente, et qualibet vice qua
sibi videbitur expedire, et ipsas pro Commu=
ni prædicto exigere a delinquentibus. Et
teneatur et debeat dictus notarius exgom=
borari facere, et remundari alvea aquarum,
viarum Territorij Hispelli per adjacentes, ita
quod aqua qualibet cujuslibet rigi sive for=
mæ per suum alveum fluat, et decurrat, et
nullus possit nec debeat aquam vivam ali=
cujus alvei extorqueri de suo alveo, nec alium
de mittere aut derivare extra suum alveum
ad pœnam quadrigentarum librarum denari=
orum in qua per dictum notarium conden=
netur.

Cap: 33

Quod Scriptura Notarii
damnorum datorum valeant

Item statuimus et ordinamus quod dic=
tus notarius damnorum datorum possit
et

et debeat praecipere, mandare, et procedere, et omnia, et singula facere quae, et prout in dicto Statuto continentur, et apta, et scripta circa dictum officium damni dati; et omnium sibi commissorum ex forma Statuti praedicti occurrentia, pertinentia, et spectantia scribere, et se rogare, et ejus scriptura credatur et fides adhibeatur tamquam publicae, et autenticae scripturae auctoritate praesentis Statuti

Deo Laus

Finis

Libri quinti, et Statuti terrae Hispelli

Duobus in explaribus clausae diversae inveniuntur videlicet in Recentiori

Sequuntur Reformationes quae in ejus volumine sunt, et reperiuntur per me Franciscum Corimbonium utriusque juris Doctorem et equestri Ordine Hispellatensi, de verbo ad verbum per Mei, et Hominum Hispelli comodum, copiatum et in finitis sillabis, et locis emendatum et finitum Anno 1544.

In Antiquiori vero clausa ita est videlicet

Sequuntur Reformationes quae in ea sunt, per me Claudium Urbanum fideliter de verbo ad verbum de Statuto veteri legibilia registratum et exemplatum sub annis Domini 1540 die vero decimaquinta mensis Aprilis

Index

Index
Libri Quinti de Damnis datis

Cap.	1	De Electione et Officio Notarij damnorum datorum Terræ Hispelli, et ejus districtu	Pag. 245
„	2	De Conductu Fontis canalis	„ 248
„	3	De Viis publicis et vicinalibus	„ 251
„	4	Ut nullus projiciat gittatitium	„ 253
„	5	De damnis datis in prato et silva	„ 254
„	6	Ut nullus ducat Bestiam per plateam	„ 255
„	7	Ut non mittatur Canapa in Carbonaria	„ 256
„	8	De Latrocinio Fructuum	„ 256
„	9	De Capris non tenendis	„ 258
„	10	Si quis inciserit arborem	„ 259
„	11	De damno dato cum bestiis	„ 259
„	12	Si canis intraverit vineam	„ 260
„	13	De damno dato in vinea, horto vel clausura	„ 261
„	14	Ut nullus vadat per semita	„ 263
„	15	Contra Mulieres	„ 264
„	16	Contra Fornarios	„ 264
„	17	De damno dato in croco	„ 266
„	18	De diebus dominicis et festivis	„ 267
„	19	De projicientibus turpitudinem in formellis	„ 269
„	20	De Muro Turris nova	„ 270
„	21	De Forma Molendinorum	„ 271
„	22	De Puteis et Cisternis	„ 273
„	23	Ut nullus vadat extra Carbonariam	„ 274
„	24	De Strada conductu	„ 275
„	25	De Molendinis Olivarum	„ 276
„	26	De Formis et viis paludis	„ 277
„	27	Quod quilibet habeat hortum	„ 278
„	28	De habentibus profellum	„ 278
„	29	Contra apportantes uvas	„ 280
„	30	Quod notarius damnorum datorum teneatur ire qualibet ebdomada in confinibus	„ 281
„	31	De Fonte Grifoni actando	„ 281
„	32	De Viis actandis publicis et vicinalibus, et de alveis aquarum	„ 282
„	33	Quod Scripturæ Notarij damnorum datorum valeant	„ 282
„	=	Index Libri quinti	„ 284

Sequitur

Sequitur
~Liber unicus~
Reformationum
In Nomine Domini amen

Convenientes in unum viri nobiles Gilius Manni de Perusio honorabilis Potestas Hispelli, Priores Populi dictae Terrae una cum eorum Collegio duodecim bonorum virorum super bono et pacifico statu ipsius habentes auctoritatem et baliam ad infrascripta statuenda, limitanda, declaranda, et augumentanda a generali Consilio, eorum auctoritate et balia reformaverunt ut inferius adnotatur

Reformatio 1.
Ad Capitulum decimumquintum
Libri secundi

Et primo super Capitulo decimoquinto posito in secundo Libro voluminis Statutorum dictae Terrae sub Rubrica = de Percussionibus, et bannis = Cupientes tollere ne quis propter levitatem poenarum invitetur ad delinquendum: statuerunt et reformaverunt Primo: quod si aliquis percusserit aliquem a collo superius aut in collo, vel gula, et quod si quis de Hispello aut ejus districtu percusserit aliquem Hispellanum in supradictis locis cum ense, falcione, mazza, cultello, lapide aut alio quocumque genere armorum, et ex dicta percussione sanguis exierit condemnetur in bicentis libris denariorum. Quicumque vero cum armis praedictis vel alio genere armorum cecaverit, et cecaverit oculum alicujus alicui, quod tali cecanti manus dextera amputetur, dummo dicta manus per ipsum cecantem redimi possit per centos florenos sine aliqua diminutione solvendos dicti Communi infra decem dies a die latae sententiae. Quicumque vero cum aliquo genere armorum amputaverit alicui nasum hominis vel auriculam condemnetur in libris tercentis denariorum. Quicumque vero

ro cum aliquo genere armorum percusserit aliquem in facie cum sanguinis effusione, et ex dicta percussione fiet cicatrix perpetuo ibi remansura condemnetur in bisceentis, et quinquagintis libris denariorum. Et si quis autem cum dictis armis percusserit aliquem a collo superius aut in collo seu gula, et ex dicta percussione sanguis non exierit condemnetur in libris quinquagintis denariorum

Item dicti Statuentes ordinaverunt et reformaverunt supra dicto Capitulo in ea parte dicti Capituli qua cavetur quod si quis percusserit aliquem cum armis a collo inferius cum effusione sanguinis: Quod si quis percusserit aliquem cum aliquo genere armorum a collo vel gula inferius, et ex dicta percussione sanguis exierit condemnetur in pena in statuto contenta. Si autem ex dicta percussione aliquod membrum amitteretur, vel debilitetur, vel fuerit debilitatum vel magagnatum condemnetur in quatuorcentis libris denariorum, et an membrum sit ammissum, magagnatum, vel debilitatum, aut an cicatrix sit perpetuo in facie remansura stetur juditio, deliberationi, et relationi medicorum prout in ipso capitulo continetur.

Item statuerunt et reformaverunt supra dicto Capitulo videlicet quod quicumque percusserit aliquem cum pugno vel alapa in facie et ex dicta percussione sanguis exierit condemnetur in libris octuagintis denariorum. Et si quis manu vacua in collo aut in gula, capite, aut alibi percusserit aliquem condemnetur secundum dispositionem dicti Capituli

Item providerunt et ordinaverunt supra dicto Capitulo videlicet quod si quis sine premeditatione aliquo casu fortuito aliquis percusserit aliquem: Quod dicta clausula sit, et intelligatur esse amota, et pro amota intelligatur et habeatur, sed si contingerit dictus casus jam in dicta clausula contentus

quod

quod eo casu remaneat in dispositione juris communis.

Item declaraverunt, ordinaverunt, et addiderunt supra dicto capitulo in ea parte qua cavetur, quod si quis fecerit aliquod prædictorum maleficiorum in palatio Communis aut sub volta 99 Quod si quis commiserit aliquam offensionem contra aliquem vel injuriam dicto vel facto ad domum habitationis proprium aut conductum vel in ipsa domo condemnetur in omni casu ubilibet in statuto contento in duplo ejus quo condemnari deberet si dictam offensionem, aut injuriam commisisset alibi quam in locis hic in Statuto contentis

Item addiderunt et ordinaverunt, quod si quis committeret aliquod maleficium dicto vel facto in possessione sua propria vel conducta condemnetur in tertio pluri ejus id quod condemneretur si alibi commisisset

Item ordinaverunt supra dicto Capitulo in ea parte qua disponit quod si aliquis de Hispello percusserit aliquem Forensem, quod dictum capitulum sit validum. Addicientes quod si quis forensis offenderit dicto vel facto aliquem de Hispello condemnetur in duplum ejus, in quod condemneretur Hispellanus si alium Hispellanum offendisset

Item declaraverunt et ordinaverunt prædicti Reformatores quod prædicta et quodlibet prædictorum per eos augumentata, et disposita et limitata quo ad ipsarum pœnarum impositionem habeant locum in hiis qui essent ætatis quatuordecim annorum aut ab inde superius, et in hiis qui essent minores ætatis quatuordecim annorum sit solum pœna solita in dicto Capitulo, et Statuto, dummodo ut supra dictum est servetur, et ut inferius dicendum est ad injuriatum nulla pars debeat devenire sed potius applicetur Communi Terræ Hispelli ut in sequenti Reformatione ad totum Statutum continetur

Refor=

Reformatio 2
Ad totum Statutum

Item providerunt, ordinaverunt, et dispo=
suerunt quod ubicumque dictum statutum
loquitur et disponit quod de omnibus et sin
gulis bannis in eo contentis, tertia pars sit
Communis, et duae injuriati, quod dictae duae
partes non sint offensi nec eis aliqua pars
possit et debeat attribui, sed generaliter
poenae in dictis Statutis contentae, in quibus
aliquis condemneretur per potestatem dictae
terrae aut ejus curiam, communi debeant
applicari

Reformatio 3
Ad Capitulum Sexagesimumquartum
Libri Secundi

Item ordinaverunt et reformaverunt su=
pra Capitulo sexagesimoquarto in dicto se=
cundo libro Statutorum sub Rubrica = de
Beneficio confitentis et solventis in termi=
no = Quod si quis de aliquo crimine vel
delicto aut damnodato fuerit inquisitus
et accusatus, et tempore suae excusationis,
et juramenti praestiti, supra ipsa voluerit
sponte maleficium confiteri, et confessus fue
rit sine aliqua exceptione, quod tali sic confi=
tenti diminuatur quarta pars condemnatio=
nis de eo factae. Et quicumque condemnatus
fuerit et suam condemnationem infra decem
dies a die latae sententiae solveret Camme=
rario dicti Communis et pacem habuerit in=
fra dictum terminum ab offenso, et de ea
fidem fecerit per publicum instrumentum,
habeat remissionem unius alterius quartae
partis condemnationis de eo fiendae. In aliis
vero contentis tam in dictis capitulis, quam
in reliquo volumine statutorum supra qui=
bus et de quibus non est aliter provisum
additum aut diminutum, quae omnia et
singula maneant, et manere debeant in ea
forma et qualitate quibus in dictis sta=
tutis scripta sunt.

Facta, ordinata, completa, reformata, con=

posita ac ractificata fuerunt supradicta ordinamenta, et correptiones, et augumentationes per supradictos Dominum potestatem et Bartolomeum Putij Torrioli
Angelum Baldoli
Joannem Jotii et
Ciccum Paolutii = Dominos Priores terrae Hispelli cum providentibus viris
Barthol° Magni Francisci
Ser Guidone Marchi
Joanne Jotij
Joanne Andreae Pauli
Magistro Marino Colae
Paulo magni Niccolae
Francisco Bernardi
Cristoforo Lilli Romitelli
Putio Joannis Lalli
Vagnutio Blaxij
Thoma Joannis Androcchi et
Joanne Herculani = Duodecim boni viris dictae terrae habentibus potestatem, arbitrium et baliam a generali consilio dictae Terrae Hispelli praedicta ordinamenta componendi et reformandi, ut plene constat in libro reformationum dicti communis, manu mei Notarij, et Cancellarij infrascripti, die ultima mensis Septembris proxime praeteriti celebrato, ac etiam vigore generalis baliae, et arbitrij eis per dictum generale consilium concessi supra bono, et pacifico Statu dictae terrae Hispelli ut in dicto libro Reformationum publicato sub die Decimaquinta mensis Julii proxime praeteriti manu mei notarij infrascripti. Existentes omnes ad invicem in palatio habitationis, et residentiae dictorum dominorum Priorum congregati de ipsorum communi concordia, et voluntate et nemine discrepante sub anno 1763 indictione sexta tempore Domini Urbani Papae sexti die vigesimaquinta mensis Novembris.

Et ego Joannes Vinae de Gualdo Nucerinae diocesis publica imperiali auctoritate

ritate notarius, reformationum notarius nunc et Cancellarius Communis Hispelli praedictis omnibus et singulis interfui, et cum aliis dicti Communis arduis negotiis occupatus praedicta per alium scribi feci, et de praedictis rogatus me subscripsi et publicavi, et signum meum apposui consuetum. Ommisso signo.

In Nomine Domini amen. Anno Domini 1444 Indictione septima Sanctissimi in Cristo Patris et Domini nostri Domini Eugenij divina Providentia Papae Quarti die vero octava Mensis Aprilis = Nellus de Bajonibus de Perusio, Hispelli Terrae pro Sancta Romana Ecclesia, et Domino nostro Papa in temporalibus generalis Vicarius

Reformatio 4ta

Ad Totum Statutum, et specialiter ad Librum primum

Quia nonnullas sed crebras recolimus recepisse querelas a terrigenis nostrae Terrae Hispelli de aliquibus gravaminibus, de quibus Communitas, et spetiales personae dictae Terrae coram nobis multotiens fuerunt conquesti, cupientes terram ipsam, et homines benigne, et sub equitate regi et gubernari ab officialibus quibuscumque similiter pertractari pro statu nostro et pace, et quiete dictae Terrae et hominum, et personarum ipsius. Infrascriptum, et praesens decretum, et Capitula, et decreta infrascripta, decernimus et ordinamus tenore praesentium inviolabiliter observari mandamus: Videlicet primo

Quod nullus de cetero Potestas, Iudex seu alius officialis, vel alia persona commissaria, quibus per litteras, aut nostrum decretum, vel rescriptum committerentur questiones seu controversiae decidendae, cognoscendae, et terminandae nullum salarium seu provisionem petere

debe=

debeat, nec petere, et habere possit a ter=
rigenis seu forensibus habitantibus tantum,
nisi solum a forensibus non habitantibus,
a quibus liceat petere et habere sa=
larium secundum formam juris, costitutio=
num Sanctae Matris Ecclesiae, et consuetu=
dinis Dictae terrae Hispelli.

Item decernimus, et ordinamus quod
de cetero Nullus Gabellarius, emens, ha=
bens seu tenens aliquam Gabellam Com=
munis Dictae Terrae Hispelli sibi locatas
seu venditam per dictum Commune, vel
per Priores Dictae Terrae nomine dictae Com=
munis audeat vel praesumat quoquo modo
a nobis, nec a Communi aut Consilio ip=
sius Terrae aliquam remissionem seu re=
fectionem damni, vel perditionis ipsarum
gabellarum petere, et si peterent ipsi
Gabellarij aut aliquis ipsorum, seu al=
ter per eis aut aliquo ipsorum non au=
diantur, nec gratiam seu remissionem
aliquam, vel prorogationem, seu additio=
nem temporis habere debeant.

Item quod quicumque terrigena dictae
nostrae terrae seu forensis habitans in dic=
ta Terra seu ejus districtu habens reti=
nens, seu possidens possessionem aliquam
de bonis exitiorum rebellium condemna=
torum, seu exbannitorum dictae terrae de
qua aut quibus possessionibus non solve=
rentur Dativae, nec hucusque soluta es=
set, quod de cetero unusquisque solvere
teneatur, non obstante aliqua licentia
seu concessione per nos hucusque facta.
Reservatis possessionibus datis, et conces=
sis quomodocumque familiaribus nostris
et domesticis de quibus possessionibus
nullam Dativam solvere teneantur, im=
mo potius gratia eis facta uti et gau=
deri volumus, et mandamus

Item quod nullus officialis forensis
possit nec debeat pro futuro se rogare
de aliquo actu et scriptura civili, in

Quo

questionibus civiliter fiendis ad bancum juris seu in palatio potestatis, aut alibi tam de questionibus commissionariis, seu testibus examinandis in ipsis questionibus quam de aliis questionibus quomodocumque civiliter fiendis, et si scriberent aut se rogerent non valeant nec teneant ipso jure.

Item ad obviandis erroribus, questionibus, controversiis, et ad evitandis expensis inter partes occasione litigii concurrentes, tenore praesentis nostri decreti duximus et ordinamus quod a sententia lata per arbitrum, seu arbitros, et arbitratores in quibus lis, seu questio commissa fuisset de jure et facto nullus audeat vel praesumat quoquo modo appellare, nec petere reduci ad arbitrium boni viri, sed ipsa sententia prout, et sicut lata, data, sententiata et declarata fuerit per ipsos arbitros, et arbitratores de verbo ad verbum ita valeat, et teneat, et exequi et observari volumus, et mandamus ad poenam in istrumento compromissi contentam.

Item decernimus, volumus, et mandamus quod in qualibet dativa pro futuris imponenda singulis duobus mensibus ponatur in ipsa dativa pro quolibet centinario sex denarij quos expendi volumus in acconcimine, et reparamento murorum Terrae nostrae praedictae. Qui exacti deponantur apud Angelum Simonis depositarium, qui Angelus non debeat nec teneatur solvere dictam quantitatem sibi depositam nisi solum pro reparamento, et acconcimine dictae Terrae, et si Priores in praedictis fuerint negligentes tam in ponendo, et poni faciendo dictos sex denarios, quam in consignando, et consignari faciendo dicto Angelo depositario dictam quantitatem perdant

eorum

eorum salarium. Et Cancellarius communis ad poenam sui Salarij teneatur recordari et sollecitare dominos Priores ut praedicta exequantur

Et Ego Paulus Ser Benegnatis de Roccacontrada publica imperiali auctoritate Notarius judex ordinarius, et nunc Notarius Reformationum Cancellarius et Scriba Communis Hispelli pro praefato Magnifico Domino Nello Vicario, Domino, et Gubernatore dictae Terrae Hispelli, suprascriptis omnibus capitulis, decretis, et ordinamentis, ut supra patet intextu, et rogatus scribere mandato praelibati magnifici Domini Nelli scripsi, et publicavi, et signum meum consuetum apposui.

Post hoc ad corroborationem omnium infrascriptorum decretorum, ordinamentorum, capitulorum Praelibatus magnificus dominus Nellus tale Reformatum fieri et subscribi voluit mandavitque manu eximii litterarum doctoris Domini Valerij de Cuppis de Monte Falcone, infrascripti tenoris videlicet

Nos Nellus de Bellionibus de Perusio Terrae Hispelli Dominus, et Vicarius praedicta omnia et singula confirmamus, emologamus tenore praesentium ut jacent, praeter quam in causis commissariis inter forenses tantum, in quibus volumus quod Commissarius arbitrio suo eligat notarium tam terrigena quam unum ex officialibus suis. Addicientes quod si quis consiliarius aliquo colore quaesito contendisset arengando aut alio modo loquendo in praedictis, et circum praedicta vel aliquo praedictorum incidat ipso facto in pena decem ducatorum auri Cammerae nostrae applicandorum. Praecipientes Cancellario Terrae praedictae Hispelli ut praedicta Capitula manu propria in volumine statutorum registret, et apponere

ponat.

Datum Hispelli Die decima quinta aprilis 1464. Et ad fidem praedictorum praedicta fieri fecimus, et nostri consueti sigilli jussimus impressione muniri

MARCA DA BOLLO CINQUANTA FOLIGNO

In Dei Nomine amen. Anno Domini 1464 Indictione decima secunda tempore Sanctissimi in Cristo Patris et Domini Nostri Pauli divina Providentia Papae Secundi, et die penultima mensis Novembris; Publico et generali Consilio Communis et hominum Terrae Hispelli ad sonum campanae, vocemque praeconis dicti Communis, ex mandato Spectabilis viri Pirrani de Nacciis de Amelia Locumtenentis et Potestatis dictae Terrae, in Sala magna Palatii dicti Communis more solito, et in sufficienti numero congregato, de praesentia, et consensu, et voluntate Praefatorum Dominorum Priorum dictae terrae; in quo quidem Consilio supradictus locumtenens, et potestas dictae Terrae cum praesentia consensu et voluntate praefatorum Dominorum Priorum proposuit et proponi fecit per me cancellarium infrascriptum: Quod placeat dicto Consilio, et hominibus in eo existentibus providere, deliberare, formare, et reformare supra infrascriptis Propositis et qualibet ipsarum, et dependentibus et emergentibus ab eisdem, et obmissis aliis propositis prout apparet in dicto consilio.

Reformatio 5

Ad Librum quintum Statutorum in eo quo cavetur de Bestiis et Capris non tenendis

Ad evitanda damna quae inferuntur in Clausuris, et aliis bonis spetialium personarum propter retentionem bestiarum minutarum et grossarum in innumerabili

bili numero, et jam fuerint nonnullae reformationes conditae et ordinatae ad removendas dictas bestias tam terrigenarum quam forensium, et non timeant ipsas observare, et ut in futurum teneat roboris firmitatem, ut trasgredientes numerum et confines in praesenti consilio decretatum et ordinatum solvant poenam delinquentes, placeat providere.

Supra quibus omnibus et singulis dependentibus &c. petitum fuit sanum consilium.

Virtutibus et scientia decoratus Vir ser Rutius Blaxij unus de Consiliariis existentibus in dicto consilio surgens pedibus et accedens ad solitam arrengheriam dicti Communis in qua consuetum est consulere et arrengare, et ibidem facta invocatione divini nominis dixit, et arrengando consuluit supra dictis propositis expensarum, et dativa, et dictum supradicti Consultoris confirmavit. Et existens in dicta arrengheria suum prosequendo dictum dixit et arrengando consuluit super tertiam propositam bestiarum, et ad removenda damna quae hodierna die inferuntur in clausuris, et aliis possessionibus spetialium hominum dicti communis, et ad roborandum, et confirmandum reformationem jam factam, et maxime reformatio quae apparet manu scripta ser Acquisti de Bitonio tunc et olim Cancellarij, et notarij reformationum dicti Communis, et per felicem memoriam Domini Nelli confirmatum. Sed potius ipsam confirmando et addendo: Quod nullus cujusque status et conditionis audeat vel praesumat habere nec tenere tam per se quam per alium aliquo quasito colore ultra numerum vigintarumquinque bestiarum minutarum in territorio Hispelli; nec similiter pasculare accumulare, adunare nec societatem facere per venditionem, soccitam aut per alium modum fraudem committere in tenendo ultra dictum numerum

vigintia=

MARCA DA BOLLO
CENT. CINQUANTA

vigintarumquinque pœna contrafacienti prout in dicta reformatione Ser Acquisti latius continetur, et toties exigi possit dicta pœna quoties reperti fuerint culpabiles in prædictis et quilibet possit esse accusator, et habeat quartam partem dictæ pœnæ, et quartæ pars sit officialis facientis executionem, et si fuerit inquisitus, officialis habeat quartam partem, et plus petere non possit. Nec liceat alicui Terrigenæ tenere in dicto territorio aliquam quantitatem bestiarum ad petitionem forensium, et si quis inventus fuerit commisisse fraudem in tenendo sit pœna quinquagentarum librarum denariorum de facto applicandorum quarta pars accusatori, et alia quarta pars officialis facientis executionem, et si fuerit per inventione dicti officialis, habeat solummodo quartam partem. Ac etiam quod nullus forensis possit mittere nec tenere aliquas bestias in dicto territorio nisi transitu solummodo, et qui immiserit causa tenendi vel pasculandi cum dictis bestiis tam minutis quam grossis sit pœna dupli dictæ quantitatis vigintarum quinque librarum, et nihilominus tenere non possit seu possint, et toties exigi possit dicta pœna quoties inventus fuerit, et quilibet accusator habeat quartam partem et quarta pars sit officialis facientis executionem et si fuerit per inventionem officialis habeat solummodo quartam partem et non plus. Hoc tamen licitum sit terrigenis non tenentibus ultra numerum vigintarum quinque bestiarum minutarum pasculare cum dicto numero vigintarumquinque per planum, et ubicumque locorum non tamen inferendo damnum alicui personæ, et si damnum dederit solvat pœnam jam solitam. Et similiter intelligatur de tenentibus ultra numerum decem bestiarum grossarum prout in Reformatione dicti Ser Acquisti continetur de numero decem bestiarum. Et nihilominus si quis contrafecerit in prædictis et

quoti-

quolibet praedictorum solvat poenam prae=
dictam. Et si quis terrigena tenere volue=
rit in montaneis aliquam quantitatem be-
stiarum possit tenere ad suae libitum volun
tatis, sed consignare prius Cammerario sive
in Cancellaria Communis quantitatem bestia
rum, et dic quo miserit, et si non consigna
verit habeatur pro fraude, et solvat poenam
praedictam, non tamen pasculando nec ve=
niendo cum dictis bestiis in clausuris et
locis domesticis et coltivatis, et si contra
fecerit in pasculando in dictis locis dome
sticis sit poena superius declarata, et to-
ties exigi possit quoties accusatus, aut
inventus fuerit contrafacere, et teneatur pro
pasculo de monte solvere annuatim flore=
nos quinque Communi pro quolibet centina
rio et si non solverit teneatur ad poe=
nam superius declaratam. Et de supra=
dictis declarationibus, reductionibus et
poenis non intelligatur pro Beccariis exer
centibus artem Beccariae, sed potius ob=
serventur Capitula ipsorum, quae cum Com
muni habent. Et officialis damnorum da
torum teneatur quolibet mense inquirere
et inquisitionem facere contra tenentes
numerum superius declaratum. Et si in
praedictis fuerit negligens in investigando,
et exequendo, sit poena dicto officiali qui
pro tempore fuerit vigentiquinque li-
brarum denariorum retinendarum de suo
salario. Et domini Priores qui pro tempo=
re erunt nullum arbitrium auctoritatem
et potestatem habeant de praedictis delin
quentibus aliquam gratiam facere, quod
si facere voluerint aut facerent sit nulla,
et nullius valoris, et sit poena dictis Do=
minis Prioribus qui dictam gratiam fecerint
totum eorum salarium retinendum per Cam
merarium tunc temporis existentem in offi=
cio, et teneantur praesentes domini Priores
dictam reformationem confirmari facere per
per magnificum Dominum Braccium, et po=
nere

nere in volumine statutorum dictae terrae ita quod semper valeat, teneat et observetur ad removendum malitias, et damna insupportabilia, et ad conservandum pasculum dicti communis.

Post vero in celebratione Consilii die vigesima prima decembris prout per manum mei Cancellarij in libro Reformationum partim ad Cartam trigesimamseptimam, et partim ad Cartam trigesimamoctavam ex dicto Ser Putij consultoris additum et reformatum extitit supra ejus dicto hoc videlicet

Super prima propesita bestiarum non revocando jam factum pridie, sed potius confirmando et addendo in dicta reformatione quod Domini Bestiarum possint impune tenere cum numero Bestiarum vigintarum quinque minutarum unum montonem, et unam capram ita quod numerus sit vigintarumseptem et non ultra videlicet vigintaquinque pecudes, et cum dicto montone et capra sint vigintiseptem, et in dicto numero non intelligantur lactantes sex mensium, et pena contrafacientium ut in praecedenti reformatione continetur, et quod nullus possit tenere ultra quatuor bestias bovinas cum duabus equinas et duobus paribus bobum de aratro cum eorum lactantibus aetatis unius anni, et si quis contrafecerit in tenendo ultra dictum numerum sit pena vigintarumquinque librarum denariorum de facto auferendarum. Et si quis terrigena sive forensis habitator terrae Hispelli haberet aut teneret, aut si habuerit vel tenuerit aliquas bestias tam bovinas quam equinas forensium ad soccium teneatur ille talis forensis dictum bestiam, vel bestias habens tam pro capitali quam pro extima dictarum bestiarum solvere omni mense unum bononenum per tertia et capitali; et extima, pena contrafacienti ut supra. Et similiter habens et non assignans dictas bestias: cassando irritando et annullando omnem aliam reforma=

tionem factam de facto bestiarum praeter reformationem istam, et aliam factam die penultima mensis Novembris, quae confirmavit, emologavit et approbavit cum confirmatione facta per magnificum Dominum Braccium prout inferius continetur. Quae praesens reformatio intelligatur inclausa una cum illa pridie facta.

In reformatione cujus consilij quidem facta, misso solemni et diligenti partito ad bussolas, et fabas de mandato supradicti Domini locumtenentis, et de praesentia consensu et voluntate dominorum Priorum hoc modo videlicet, quod quicumque vult et sibi placet dictum supradicti Ser Putij Consultoris praedicti super tertia proposita bestiarum non retinendarum sit una pars dicti Consilij quae mittat ejus fabas in bussola alba declarantes sic. Volentes vero contrarium, et quibus non placet sit altera pars quae mittat ejus fabas in bussola rubea declarantes non, unde datis, et recollectis per publicum praeconem dicti Communis, et demum per me cancellarium alta et intelligibili voce numeratis placuit omnibus consiliariis in dicto consilio existentibus mittere eorum fabas in bussola alba declarantes sic, non obstante una in contrarium in bussula rubea declarante non reperta = Et sic fuit = Et sic fuit victum obtentum, et plenissime extitit reformatum auctoritate praesentis Consilii

„ Post Celebrationem dicti Consilii immediate Consilarij commiserunt mihi cancellario debere accedere ad magnificum Dominum Braccium pro confirmatione hujus Reformationis prout palam in dicto libro legitur. Et sequens mandatum cum confirmatione, cujus quidem confirmationis tenor talis est videlicet

„ Magnificus dominus Braccius ad istantiam et preces Dominorum Priorum dictae terrae, excerta facta confirmavit

et

et emologavit supradictam reformationem editam de Bestiis minutis et grossis non retinendis, quam reformationem dictus dominus Braccius prout jacet voluit, et mandavit in omnibus observari, mandans mihi cancellario infrascripto ut in scriptis redigeret, et ideo hic mentionem feci; Nec non voluit et mandavit quod antequam in aliqua pena incurrant tenentes, quod ex parte locumtenentis bandiatur dicta reformatio quod in termino octo dierum a die facti bannimenti debeant dictas bestias removere, et dictam reformationem observare. Et elapsis dictis octo diebus sit valida prout supra sua magnifica Dominatio concessit, et confirmavit omni meliori modo

In Dei nomine Amen. Anno Domini 1465 Indictione decimatertia tempore Sanctissimi in Cristo Patris, et Domini Nostri Domini Pauli divina Providentia Papae secundi, et die septima Julij

Publico et generali consilio Communis et hominum Terrae Hispelli heri pro hodie deliberato ad sonum campanae vocemque Praeconum dicti Communis, ex mandato famosissimi utriusque juris doctoris Domini Angelini de Zeffinis de Interamne honoris, potestatis dictae Terrae, di consensu et voluntate dominorum Priorum dictae terrae in sufficienti numero in sala magna Palatii residentiae Potestatis cum praesentia consensu et voluntate praefatorum dominorum Priorum, proposuit et proponendo dixit

Reformatio 6
Super bono et quieto Statu
Hispelli

Quod videtur et placet ipsi consilio

et con

et consiliariis in eo existentibus sententiarum, ordinorum, formarum, et reformarum super infrascriptis propositis, et qualibet ipsarum dependentibus, et emergentibus

Primo super bono statu, et quiete dictæ terræ, et de modo proponendo ad hoc ut unusquisque in genere, vel in specie consulere et arrengare valeat, et omnibus aliis propositis factis in dicto consilio prout publice in libro reformationum mei Pieri Cancellarij partim ad cartam quinquagesimam septimam, et partim ad quinquagesimam octavam

Super quibus omnibus et singulis

Vir scientia decoratus Ser Franciscus Joannis Santoni unus de numero consiliariorum in dicto Concilio existentium, surgens pedibus et accedens ad solitam et debitam arrengheriam dicti Consilii ubi solitum est consulere, invocato prius divino præsidio super propositis boni status terræ Hispelli, ad removendas, errores lites, et controversias, quæ verti et oriri possint inter homines, et personas terræ prædictæ, ejus fortiæ, et districtus, ut jam temporibus decursis versæ fuerunt. Dixit, et pro pacifico, et bono Statu dictæ Terræ consuluit, quod quæcumque persona terræ Hispelli, seu ejus fortiæ, et districtus cujuscumque status, conditionis et qualitatis esset, seu religiosus, vel religiosa, et ipse in futuro decederet ab intestato sine filiis legitimis de se natis, quod omnia ejus bona mobilia, et immobilia præsentia et futura deveniant, et devenire debeant ad proximiores masculos ipsius decedentis sibi superstites, et in domibus patris illius decedentis natos; seu ex linea masculina dicti patris nati essent; si autem proximiores masculi cum supradictis modis et conditionibus dicto decedenti non superstiterint, illa bona redeant, et devenire

venire debeant ad proximiores mulieres dicti decedentis, et hoc locum habeat in Primo, Secundo, Tertio, et Quarto gradu parentelae seu consanguineitatis, non obstantibus ad predicta quibuscumque legibus, Statutis, et aliis Reformationibus in contrarium modo aliquo loquentibus, et facientibus quae in predictis omnibus nullius roboris sint nec aliqualiter praedicta sint admittenda sed perpetuo firma perdurent, et roboris habeant firmitatem, et quod praesens reformatio confirmetur, et confirmari debeat per magnificos Dominos nostros, et poni in volumine Statutorum dictae terrae

Reformatio 7
vertens item super bono et pacifico Statu Hispelli

In Dei nomine amen = Haec est Copia sive exemplum cujus datae consultationis et Decreti reperti in Libro seu quaterno Reformationum rogatarum manu Ser Darij Massillini de Hispello tunc Cammerarij Communis Hispelli, ex dicto et consulto egregii viri Caroleni Cronini Hispellatis consulentis super bono statu in publico et generali consilio Communis, et hominum terrae Hispelli congregato, et coadunato more solito et consueto de commissione et mandato magnifici Domini Potestatis, et magnificorum dominorum Priorum ad sonum campanae, vocemque praeconum in Sala magna palatii solitae Residentiae Magnificorum dominorum Priorum de approbato numero hominum ipsius consilii, celebrato sub die octava Maij 1530: super additione seu delaratione ac reformatione faciendae: si in aliqua parte obscura, dubbia, ac defectuosa forent reformationi, et consultationi olim facta, et Registrata in Volumine Statutorum

tatorum hujusmodi sub tenore videlicet.

Vir Scientia decoratus Ser Franciscu Joannis Santoni exposuit ut in Sexta superiori Reformatione continetur.

Supra qua quidem reformatione: Maturus ac providens vir Carolenus Cronini praedictus unus ex dicto consilio petens pulpitum arrengandi, Filii hominis invocato auxilio animadvertens per reformationem illam editam et emanatam super successione decedentium quocumque modo ab intestato non superstitibus filiis ex suo corpore natis, confirmatam, et approbatam per dominum Braccium Baglionem, et penitus non fuisse provisum, et occursum ne facultates, et bona quibus familias et ejppus domus quotidie conservari videmus, et ob id rempublicam salubriter locupletibus exuberari extra familias agnatorum, et ejppum domus ipsius decedentis egrediantur forsan contra ipsius decedentis tacitam voluntatem. Cum similiter in dicta reformatione reperiantur multitoties casus occurrere bona et facultates decedentis sine filiis ab intestato per successionem matris ipsius decedentis pariter et ascendentium, et descendentium ab ipsa muliere per transitum ad secunda vota in alias familias et cognationes exportari: dixit et consuluit reformationem illam in duabus partibus ejus: videlicet incipiendo ab illa parte = quod omnia bona mobilia, et stabilia usque in fine = debere restringi et limitari hoc modo videlicet quod bona dicti decedentis deveniant pleno jure nulla detracta Trebellianica ad proximiores masculos ipsius decedentis videlicet ad masculos ortum habentes a familia, domo, sive ejppo dicti decedentis, sin autem illa bona deveniant et devenire debeant pleno jure, nulla facta detractione Trebellianica sive legitima ad proximiores cognatas feminas, dicti decedentis

videlicet

videlicet ad mulieres natas in familia, domo, sive Cippo dicti decedentis, exclusis, matre, et aliis descendentibus, et ascendentibus ab ea per transitum ad secunda vota

---

~ Copia ~

Litterarum a Reverendissimo, et Illustrissimo Legato obtentarum super Aqueductu

A Tergo Foris
Al Spettabile Nostro Carissimo il Governatore di Spello
Intus vero

Magnifico nostro Carissimo
Per chè quel Gregorio da Colupino et sua mogliera in havere temerariamente ardito di rompere la ripa di Laqueductto che mena l'aqua in quella terra, et deviatola dal letto suo, et violato una antiquità se mele con incomodità, et danno publico, ci pare habia demeritado assai; imperocchè se rificeata la cosa vogliamo, che ad exempio delli altri se reduplichi la pena statutaria da applicarsi in refectione et reservimento de esso aquedutto, et che el medesimo faccia te contra tutti li altri che in futuro incorressero in simili errore, procurando, che dicta pena si converta effettualmente in tal uso. Et state sano

Da Perugia li 12 di Ottobre 1542
A. Car. Arimi Legatus

Copia

aliae Literae dicti Reverendissimi, et Illustrissimi Legati Perusiae, et directae Locumtenenti Hispelli in favorem aqueductus et continentiae, copiatae et exemplatae de verbo ad verbum ut in ipso Originali manu Segretarij dicti Reverendissimi, et subscriptae

scriptae manu propria ipsius Cardinalis Le=
gati infrascripto modo = A. Car.lis Arim.
Legatus = et munitae Sigillo armis dicti
Reverendissimi insignito
A tergo, foris
Al Magnifico nostro Carissimo el Com=
missario di Spello
Intus vero
Magnifico nostro Carissimo
Per essere lo aqueducto cosa publica, pa=
re che debitamente si debba reservare, et
rimettere alla cura, et dispositione della
Communità qual è da pensare, che con più
diligenza sia per attenderli che alcun al=
tro: imperochè et a noi, et alli altri suc
cessori nostri con la presente inhibiamo
et vetamo il travagliarsene in modo al=
cuno senza espresso ordine nostro, anzi vo
lemo che tutte le cause concernenti lo in=
teresse di detto aqueducto tanto che sia
no allora occorse quanto che occorreran=
no in futuro, siano in tutto et per tutto
rimesse conosciute, et determinate dalli
Priori pro tempore, et nessun altro se se
ne intrometta in modo alcuno. Comandan=
do che tanto si debba osservare, et la
presente debba registrarsi, et consti in li
libri publici in perpetuo testimonio del
la volontà nostra. Et state sano
Da Perugia li 27 Agosto 1542
Ut supra A. Car. Arimi Leg.

Quae quidem litterae ambo super
registratae manu Ser Claudij Urbani His
spellatis scriptoris, et copiatoris praesen
tis Statuti fuerunt insertae, lectae per
me Crucianum Sfortiam Hispellatem Can
cellarium Communis, et Populi Hispelli,
et super Originali suo revisi, una cum dic
to Sere Claudio scriptore. Et ad premis=
sorum fidem me scripsi omni meliori
modo = Idem Crucianus Sfortia de His=
pello Cancellarius manu propria.

Ita est

Ita est = Ego Claudius Urbanus qui supra Copiavi, et Exemplavi ex suo originali revisa per me Claudium una cum dicto Cruciano Cancellario, exemplata de verbo ad verbum omni modo meliori.

Index
libri unici Reformationum

Ref: 1	Ad Capitulum decimumquintum libri Secundi	Pag: 285
„ 2	Ad totum Statutum	„ 288
„ 3	Ad Capitulum Sexagesimumquartum libri secundi	„ 288
„ 4	Ad totum statutum et specialiter ad librum primum	„ 290
„ 5	Ad librum quintum Statutorum in eo quo cavetur de bestiis et capris non tenendis	„ 294
„ 6	Super bono et quieto statu Hispelli	„ 300
„ 7	Item super bono et pacifico statu Hispelli	„ 302
Copia	Litterarum Legati Perusiae super Aqueductu	„ 304
„ „	Index libri unici Reformationum	„ 306

Index generalis

Index

Generalis et Alphabeticus in quo et indices speciales, et Capitula, et Reformationes omnium librorum Statuti inveniuntur

	Liber	Capitulum	Pagina
A			
Adrationatoribus (de) eligendis	1	8	25
Ambasciatoribus (de)	1	24	30
Adulteriis (de)	2	27	91
Absolutionibus (de) potestatis, et aliorum Officialium	2	38	98
Arbitrio (de) potestatis	2	48	105
Artifices (ubi) eorum artes exerceant	2	70	124
Admittantur (ut) testes	3	6	144
Arbitriis (de) super compromissis observandis	3	7	145
Arboribus (de) impedimentum praestantibus	4	11	171
Armario (de) Communis	4	27	190
Armis (de) habendis in montaneis	4	34	198
Aquis (de) habendis	4	51	207
Additionibus (de) et diminutionibus Catasti	4	76	228
Alentio (de) Judeo et ejus familia	4	104	239
Aqua (de) Furcori dirigenda	4	105	240
Apportantes (contra) uvas	5	29	280
B			
Bayulis (de) et praeconibus	1	15	57
Blasphematoribus (de) Deum et Sanctos	2	3	62
Beneficio (de) confitentis, et solventis in termino	2	60	115
Barberiis (de)	2	74	126
Bayulis (de) dandis	3	10	148
Bilanciis (de) et mensuris	4	14	173
Burgum (quod) Vicecupa claudatur	4	69	221
Bono (super) et quieto Hispelli Reforma	l: unicus Ref: 6		300
Bono (item super) et pacifico Statu Hispelli Reformatio	l: unicus Ref: 7		302
C			
Cassentur (ut) Statuta contra Ecclesiasticam Libertatem	1	1	2
Consilio (de) ordinis, et Populi Terrae Hispelli			

Index

	Liber	Capitulo	Pagina
pelli	1	4	6
+ Clavibus (de) portarum	1	17	41
Castellanis (de) Coloniis	1	23	48
Citationibus (de) et Citatis	2	10	71
Condemnationibus (de) faciendis	2	13	73
Conductoribus (de) agrorum	2	40	99
Copiis (de) dandis	2	41	100
Corruptores (contra) officialium	2	62	115
× Custodia (de) carceris	2	63	117
Contumacibus (de)	2	73	125
Colle (de) Sancti Joannis	4	12	171
Castrobono (de)	4	24	187
Carbonariis (de) novis et antiquis	4	25	188
Condemnationibus (de) fiendis	4	28	191
Causantes (contra) cum Communi	4	29	192
Cavatores (contra) lapidum	4	37	199
Corruptu (de) non fiendo	4	56	214
Collectores (quod) datiarum faciant apodissam	4	66	219
Calzolarij (quod) non possint esse nec Bayuli nec Gualderij	4	68	220
+ Conductu (de) fontis Canalis aetando	4	86	233
Catastum (quod) communis non minuatur	4	88	234
+ Conductu (de) fontis Canalis	5	2	248
Capris (de) non tenendis	5	9	258
Canis (si) intraverit vineam	5	12	260
Capitulum (ad) decimum quartum Libri secundi Reformatio	L: unicus	Ref: 1	285
Capitulum (ad) sexagesimum quartum libri secundi Reformatio	L: unicus	Ref 3	288
Copia Litterarum Legati Cardinalis Perusiæ super Aquaeductu in Libro unico Refor^tium^			304

D

	Liber	Capitulo	Pagina
Debitis (de) solvendis	2	2	135
+ Domibus (de) non destruendis	4	44	203
Domibus (de) Communis	4	62	218
Dictis (de) mittendis in consilio	4	92	236
Damnis (de) datis in prato et silva	5	5	254
Damno (de) dato cum bestiis	5	11	259
Damno (de) dato in vinea horto vel clausura	5	13	261
Damno (de) dato in croco	5	17	266
Diebus (de) dominicis, et festivis	5	18	267

E Electione

Index

	Liber	Capitulus	Pagina
E			
Electione (de) et officio Priorum	1	6	16
Electione (de) et officio Notarij Reformationum	1	10	25
Electione (de) et officio Cammerarij	1	11	27
Electione (de) Notarij Custodiæ	1	12	30
Electione (de) et officio Potestatis	1	25	51
+ Extrahentes (contra) terminos	2	20	85
Elevatis (de) de appretio	2	31	94
Extrahentibus (de) Grasciam	2	39	99
Exeuntibus (de) de carceribus	2	50	107
Executione (de) condemnationum	4	6	166
Elemosinis (de) fiendis	4	15	176
+ Euntibus (de) per colonnam veterem	4	58	216
Executione (de) dectivarum	4	74	226
Elemosina (de) Fratrum Sancti Francisci	4	78	229
Elemosina (de) fienda honore Sancti Antoni	4	83	231
Exbanniti (quod) Ecclesiæ sint etiam exbanniti Communis	4	95	236
Electione (de) et officio Notarij damnorum datorum Terræ Hispelli et ejus districtus	5	1	245
F			
Formula, principium, et nomina illorum qui positi fuerunt ad Statutum fiendum	1	=	1
Fiant (quod) condemnationes per potestatem	2	7	66
Frangentes (contra) pacem	2	23	88
Falsis (de) Testibus et maliis	2	25	89
Forenses (contra)	2	34	96
Forenses (contra) de quibus dubitatur	2	43	102
Frangentibus (de) carceres	2	49	106
Filios familias (contra) et mutantes sibi nomen	2	51	107
Facientibus (de) violentiam contra familiam potestatis et ei pignus renuntiantibus	2	55	111
Furtis (de)	2	64	119
Facientes (contra) conventiculas	2	66	121

Formis

	Liber	Capitulum	Pagina
+ Formis (de) et viis pro terreno communis conservandis	4	16	176
Fidejussoribus (de)	4	31	193
Faculis (de) fiendis	4	43	202
Fonte (de) Rotuli	4	49	236
Fonte (de) Maltempi	4	51	230
Fornariis (contra)	5	16	264
Forma (de) molendinorum	5	21	271
Formis (de) viis et paludis	5	26	277
Fonte (de) Grifoni aptando	5	31	281
G			
Gualdariis (de) communis	1	16	39
H			
Homicidas (contra)	2	17	81
Hospitatoribus (de)	4	30	192
Hospitali (de) Communis	4	36	196
Habentibus (de) Prosellum	5	28	278
I			
Index primi libri	1	=	60
Intrantes (contra) domum vel casalenum	2	19	84
Juribus (de) et possesionibus communis conservandis	2	44	102
Impedientibus (de) Aquam conductus	2	68	122
Index libri secundi	2	=	132
Judex (ut) communis non reputetur suspectus	3	1	135
Jus (ut) reddatur in palatio	3	4	143
Instrumentis (de) communibus	3	11	148
Instrumenta (ut) non vitientur	3	12	148
Jus (ut) conductoris non alienetur	3	13	150
Index libri tertij	3	=	152
Indemnitate (de) Hispellanorum	4	2	157
Illis (pro) de fraternitate	4	23	187
Injuria (de) non dicenda nec facienda Statutariis	4	65	219
Index libri quarti	4	=	241
Index libri quinti	5	=	284
Index libri unici Reformationum	unicus	=	306
L			
Ludo (de) Taxillorum	2	45	103
Leprosis (de) expellendis	4	4	160
Lignis (de) Aedifitiorum	4	17	180

Laboratores

Index

Index	Liber	Capitulus	Pagina
Laboratores (quod) teneantur solvere dativam	4	96	236
Latrocinio (de) fructuum	5	8	256
Librum ad quintum Statutorum Reformatio in eo quo cavetur de Bestiis et Capris non tenendis	f. unicus	Ref. 5	294
M			
Modo (de) propositorum fiendorum	1	9	24
Mensuris (de) Communis	1	18	43
Maleficia (qualiter) puniantur	2	12	73
Molestatione (de) tenutae	2	30	94
Mittatur (ut) pro accusato	2	32	95
Malas (contra) mulieres	2	35	97
Mollarios (contra)	2	75	126
Modo (de) imponendo dativas	4	1	153
Murentur (ut) portae hostia et fenestrae	4	18	180
Muro (de) Rivigiunti	4	20	184
Monasteriis (de) et Ecclesiis	4	21	185
+ Muris (de) Communis	4	33	195
Murus (ut) novus manuteneatur	4	34	211
Malitiosos (contra) venditores	4	64	219
Macellarios (contra)	4	70	221
Mulier (quod) dotata non possit succedere	4	71	225
Monasterio (de) Sanctae Mariae de Paradiso	4	75	227
Magistro (de) gramaticali habendo	4	90	234
Medico (de) habendo	4	91	235
Mulieribus (de) portantibus pannum Fulgineum	4	103	239
Mulieres (contra)	5	15	264
+ Muro (de) Turris novae	5	20	270
Molendinis (de) olivarum	5	25	276
N			
Nullus (quod) Clericus possit esse Officialis	1	7	23
Non (de) petendo arbitrium	1	21	47
Non (de) contendendo pro partibus et non reiterando injuriam	2	2	61
Nullus (ut) addeat aut minuat contentae in praesenti	2	4	63
Nullus (ut) vendeat possessionem in confinibus			

	Liber	Capitulum	Pagina
finibus	2	6	66
Nullus (ut) vadat post tertium sonum	2	29	93
Non (de) vendendo una et eamdem rem diversis personis	2	33	96
Nullus (ut) recipiat accusationem	2	42	100
Nullus (quod) laboret bona exbannitorum	2	58	114
Non (ut) possit opponi contra Statuta	2	71	124
Nullus (ut) debitor possit costringi	3	3	142
Nullus (ut) proijciat lapides	3	14	150
Notariis (de) Hispello	4	5	162
Novis (de) habitationibus	4	13	172
Nullus (ut) det strenam	4	46	204
Nullus (ut) ucellet ad columbos	4	52	208
Nullus (ut) pascat bestiam forenem	4	61	217
Non (de) habitantibus insimul	4	87	233
Non (de) vendendo Religiosis	4	89	234
Nullus (ut) proijciat gittatitium	5	4	253
Nullus (ut) ducat bestiam per plateas	5	6	255
Non (ut) mittatur canapa in Carbonaria	5	7	256
Nullus (ut) vadat per semitas	5	14	263
Nullus (ut) vadat extra Carbonarias	5	23	274
Notarius (quod) damnorum datorum teneatur ire qualibet ebdomada in confinibus	5	30	287
O			
Officio (de) Tercentorum	1	3	8
Observentur (ut) costitutiones contra Hereticos	1	19	46
Officiales (quod) non habeant familiaritatem cum terrigenis	1	20	47
Offendentibus (de) per consanguineos	2	24	89
Offendere (qui) valeant exbannitos	2	47	105
Observentur (ut) bannimenta	2	54	111
Offendentibus (de) extra districtum Hispelli	2	56	112
Offendentibus (de) rebelles	2	62	116
Observentur (ut) ordinamenta	2	72	125
Officiales (quod) possint cognoscere	4	63	218
Orrantiis (de) non fiendis	4	80	230

P Preconibus

Index

		Liber	Capitulum	Pagina
P	Præconibus (de)	1	14	34
	Pulsentur (ut) campanæ ad laudes	1	22	48
	Pacibus (de) fiendis	2	1	61
	Proditores (contra)	2	5	63
	Possessionibus (de) Communis conservandis	2	8	67
	Potestas (quod) nec aliquis alius Officialis auferant pignora	2	9	69
	Potestas (quod) possit procedere in Maleficiis	2	11	72
	Pœna (de) facientis insultum	2	14	75
	Percussionibus (de) et bannis	2	15	77
	Pœnis (de) duplicandis	2	16	81
	Projectione (de) lapidum	2	22	86
	Procedatur (ut) de similibus ad similia	2	36	98
	Pœna (de) portantium arma	2	32	108
	Platea (de) et mattonatu	4	3	138
	Piscariis (de)	4	26	189
	Pedagio (de) communis	4	38	199
	Potestas (ut) non gravet aliquem contra statuta	4	45	204
	Possessionibus (de) communis locandis	4	55	213
	Pecunia (de) mutuanda per Servadeum	4	57	215
	Pallilo (de) Barberio	4	73	226
	Platea (de) Sancti Andreæ	4	82	231
	Pignoribus (de) datis ad tabernam	4	84	232
	Possessionibus (de) non accatastatis	4	85	232
	Piscibus (de) vendendis	4	93	235
	Possessionibus (de) revidendis	4	99	237
	Possessionibus (de) quæ laborantur qualiter debeant accatastari	4	100	238
	Projicientibus (de) turpitudinem in formelli	5	19	269
	Puteis (de) et cisternis	5	22	273
Q				
	Quis (si) negaverit aliquem esse notarium	2	37	98
	Quilibet (quod) teneatur trahere ad rumorem	2	57	113
	Quæstionibus (de) terminandis	4	40	201

Quibusdam

	Liber	Capitulum	Pagina
Quibusdam (de) viis manutenendis	4	42	201
Quis (si) voluerit viam aptare	4	59	216
Quodam (de) muro faciendo	4	67	220
Quadam (de) Viola fienda	4	69	229
Quislibet (quod) de montaneis teneatur facere custodiam	4	102	239
Quadam (de) forma mittenda	4	106	240
Quis (si) inciserit arborem	5	20	259
Quislibet (quod) habeat hortum	5	27	278

R

Reimproperatione (de) injuriarum	2	18	84
Robbariis (de) non fiendis	2	21	85
Receptantes (contra) exbannitos	2	46	105
Registro (de) Communis	2	67	122
Res (ut) locatæ conserventur	4	50	206
Ripa (de) fossati aptanda	4	72	225
Rechesta (de) Officialium	4	97	237

S

Statuta (ut) observentur	1	2	2
Societatibus (de)	1	3	4
Sponsalibus (de) et matrimoniis	2	53	110
Salario (de) mittendo in cippo	3	8	146
Semita (de) aquæ tortæ	4	10	170
Senaitatibus (de)	4	22	186
Sciaquatoriis (de)	4	39	200
Strada (de) Sancti Petri	4	47	205
Stradis (de) factis et fiendis	4	53	209
Salario (de) potestatis et eju familia	4	77	228
Solutione (de) olei amari	4	98	237
Spiraculo (de) fratrum actando	4	101	238
Strada (de) conductu	5	24	275
Scripturæ (quod) Notarij damnorum datorum valeant	5	33	282

T

Turbantes (contra) bonum et pacificum Statum Terræ Hispelli	2	65	120
Transeuntibus (de) per portas	2	69	123
Terreno (de) justa Piscariam	2	76	127
Tabernarios (contra)	2	77	128
Tenutis (de) fiendis	3	5	144
Tenutis (de) vendendis	3	9	147
Turribus (de) conservandis	4	7	166

Turri

Index	Liber	Capitulum	Pagina
Turri (de) Quatrani	4	19	181
Turri (de) et lavatorio Hospitalis Sancti Jacobi	4	32	193
Trasanna (de) Pusterulæ	4	41	201
Teneatur (quod) Dominus pro famulo	4	94	236
Totum (ad) statutum Reformatio	l: unic: R: 2		288
Totum (ad) statutum Reformatio, et specialiter ad librum primum	l: unic: R: 4		290

U

Ubi (quod) homo habitat, ibi et appretietur	4	8	168

V

Vicariis (de) Communis	1	13	31
Verbis (de) injuriosis	2	26	90
Vasto (de) et combusto	2	28	92
Valeat (quod) testimonium minoris et de pœna ipsius	2	59	114
Via (de) qua itur circum circa Hispellum	4	9	168
Villa (de) Novoli	4	35	197
Via (de) Sancti Pauli	4	48	206
Versini (de) via	4	60	217
Viis (de) publicis et vicinalibus	5	3	251
Viis (de) aptandis publicis et vicinalibus, et de alveo aquarum	5	32	282

Nonnulli quum occurrerent casus quibus Statutum ordine in pandendo, et publicis in Rebus, discriminibusque consulendo, partim errorum quos Scribæ patrarunt amisso nunc ab Originali exemplantes, partim contractæ ac compendiosæ exarationis causa, molesta illius evenisset expositio; certa vero quum adesset meliori in forma congesti Statuti egestas: Publicas Res Hominum, Communis, Hyspellique Civitatis Joachimo Salmareggio Præfecto-Vexillario una cum Ejus Optimatibus moderante: mihi infrascripti manum Statui afferendi ac modum Pridie Kalendas Maji CIↃIↃCCCXLIII mandatum fuit ac ordinatum.

Verbis itaque, vocabulisque fere italicis ac orto=

Ortographia æditionis tabularum tempore pe-
nitus retentis, ac et exemplatis: præcipuum a
Statuto præsentem impendi laborem duabus in-
simul sumptum ex tabulis, measque juxta vi-
res exaratum ac perfectum IV Idus Junii
dicto anno CIϽIϽCCCXLIII

Benedictus Roncalli Benedetti
Fulginei Patricius, utriusque ju-
ris Doctor.

Hisce tabulis accurate perlectis, ac originali, quantum meis viribus ingenioque meo per-
exiguo par erat, diligenter exacteque comparatis, nil superest quin fidem faciam
indubiam eas plene inter se esse concordes. In quorum

Fulginia XVII Kalen: Septembris CIϽIϽCCCXLIII.

– Gregorius Canonicus Mattonellius Collationi specialiter Deputatus

Si certificano vere le firme del Signorino Benedetto Roncalli Benedetti Dottore e
Patrizio di questa Città = non che del Molto Revdo Sig. Canco D. Gregorio Mattonelli

Foligno 14 Agosto 1843

Il Gonfaloniere
Alessini

DI FOLIGNO